


APOLOGIA

DOCTORIS IOANNIS

DE LVNA VEGA MARCENENSIS,

Medici Hispalensis, Hispalensisque Academix olim rei me-
dicæ Cathedram primariam regentis, aduersus cuius-
dam Licentiati in iure Pontificio, & aduocati His-
palensis miscellaneam.

Año



1606

AD RELIGIONE, VIRTUTE, LITTERISQUE
prestantissimum virum, Licentiatum Dominum Antonium de Co-
barruias, & Leyua Vicarium, Iudicemq; generalem Archiepis-
copatus Hispalensis, per Illustrissimum, Dominum Dominũ Fer-
dinandum Niño de Guevara Archiepiscopum Hispalensem,
Cardinalemque Romanæ Ecclesiæ Titulo Sancti
Martini in Montibus, nostræ Vero Hispaniæ
decus, ornamentumque am-
plissimum.

Hispali, Apud Clementem Hidalgo



A D I N S I
G N I S S I M V M V I R-
 tute, religione, & litteris Licen-
 tiatum. D. Antonium de Cobar
 ruuias, & Leiua. Vicarium, iudi-
 cemq; generalē Archiepisco-
 patus Hispalensis, Doc-
 tor Ioannes de Luna,
 Hispali Medicus.

(?)



B SCRIPTORIBVS AN-
 tiquis multa nobilitatis principia
 fuisse assignata, fere nullus est me-
 diocriter eruditus, qui nesciat. Sed
 vtrum principiorum nobilitatis, vi-
 delicet illud, quod militia acquisi-
 tum est; an vero militia litteraria
 comparatum, sit præponendū (cū
 tamē vtrumque in te reperiam) vel
 potius sit vtriusque æqualis digni-
 tas, fulgorque idem, nemo te melius (vtriusque iuris sapienti-
 ssime, & omni eruditione cumulatisime) nouit, num vero te
 etius, se gesserint illi omnes, qui nobilibus studiosis, quam ge-
 nerosis simpliciter, suas vigilias consecrauerint, mihi dubium
 non est, Quod forsitan alijs poterit negotium facessere, sed
 causam ignoro, hi enim cum sapientia careant, ac ex conse-

quo armis, tueri inermes nequeunt (quum tamen dedicati
tes id statim proclamant, patrociniumque aduersus Momos
implorant) attamen illi principes solatijs, vel curis suis dedi-
ti, interdumque rebus magis materialibus deuincti oblatis mu-
neris, acceptique obliuiscuntur, an quia carò hæc constare ig-
norant, & similem habent labra lactucam? Vnde & non est di-
ficile offerentes quæculos inuenire. E diuerso vero nobiles
d octi. patroni veri volentes possunt, potentes defendunt, quã
ob rem, cum ob præenarrata, tum etiam quia non intelligen-
tibus in intellectu indigentia dicere, vel illa perdere est, vel (si
magis placet) illorum ve cordiam tacite insimulare, postea
quam ad meos qualescumque labores possem, typis mandan-
dos meum animum appuli, tales elegi scopos, modoque con-
firmo, Quis enim Couarruiarum lecto cognomine, non di-
co studiosus, sed Urbanus homo, non Hispanus, sed exterus,
& remotissimus non admiretur? Nec mirum, huic enim tam
antiquæ, quam piæ, studiosissimæque genti, ac familiæ (quod
dubito, an nostratum alteri alicui) litteræ omnigenæ vincu-
latæ, ac congenitæ esse videntur. Alios Doctores innumeros
Episcoposq; omittam, vt orationis vela contraham, veniam
ad duo illa astra, Castore, & Polluce splendidiora, duos inquã
(quales nunquam habuere Athenæ, nec vidit Roma, quos me
velle laudare, arrogantia esset crimen, quorum laudes silen-
tium) fratres auunculos tuos qui ex illa tâquam ex equo Tro-
iano exierunt, ij magnates omnem in te vno educando curã,
diligentiamque constituerunt, Te possumus asserere ex illis
ortum, in illorum sinu, brachijsque euectum, & ad apicem vs-
que edoctum, simillimus illis, nisi melius ipsissimus dicendus
sis. Nonnulli consummati viri se gloriantur (idque iure opti-
mo sanè) quinque, aut plures aliquot annos Salmanticę stu-
disse, te vero fœlicissimum appellare est æquum, qui in illo-
rum domibus (qui immortalẽ Academiam Salmanticẽsem
reddiderunt) inter illos inquã fortunatas cunnas, ab lacta-
tionem, dentitionem, pueritiam, adolescentiam denique ha-
buisi, & talibus præceptoribus, ductoribus. pædagogisq; nos-
træ patriæ speculis, totiusque orbis magistris, vsus, talis, tan-
tusque euasisti, Quod autem maximam partem in hominum
animis dirigendis educatio tibi arroget, ex Platone omnes
Philo

Philosophi docent, Hic parumper immoretur lector, reflexa-
 que consideratione recolat, si magno illi potentissimoq; Re-
 gi Alexandro maxima fortuna Aristoteles magister fuit, an
 sit Antonius Alexandro conferendus, an præferendus? Quæ
 omnia verissima inspiciens testis oculatus Illustrissimus D.
 Ferd. Niño de Guenara (cui Dñs noster Deus post longam,
 beatamque vitam temporalem, beatioram æternam imper-
 tiatur) te ab adolescentia selegit, & in rerum omnium sua-
 rum patronum (quod maximum est stemma tuum cum scia-
 mus, quod illustrissima dominatio iurisprudentium pruden-
 tissimus sit) elegit, atque in oneris sui leuamen in te prouin-
 ciam veluti Athlanteam Vicarij, iudicisque generalis statu-
 it, è qua te in altiora prouehendum facilis est cõiectura. Nec
 vero velim, hæc quis accipiat (doctiorum humanissime, hu-
 maniorum doctissime) ceu noua, cuius enim, & magis gran-
 dia patent, ne ve me hoc opusculum tibi offerre in hoc deplo-
 rando litterarum statu, (quo oportet veritatem, ac si opinio,
 nec veritas esset, defendere) vt denuo te aduocem, semper e-
 nim te veritatis accerrimū defensorem agnoui, sed vt cunc-
 tis pateat, me tuarum & virtutum, & litterarum esse affectis-
 simum, teque eo animi candore erga studiosos, vt & conatus
 meos adiuues, & in tuorum numero me receperis. Vale pluri-
 mum. Hispaniæ Phœnix.

Spectatum satis, & donatum iam rude quærit
 Morosus iterum antiquo me includere ludo.

*1. epis. 1. ad
 Mæcen,*

A quo æquius ego super sedissem, siquidem consensu, suffragi-
 jisque iudicum huius Bethicæ prouinciæ emeritus appellor,
 & vt de celeberrimo Athletha Horatius idem.

Veianius armis

Herculis ad postem fixis, latet abditus agro
 Ne populum extrema toties exoret arena.

Ac præter quam quod, hoc vtile nimis ingeniosissimi, mora-
 lissimique poetæ consilium puer didici, fideliter re tinea, &
 A 3 quandoq;

quandoque refero, multi fideles amiei, non vnus, aut alter.

Est mihi purgatam crebró qui perfonet aurem,
Solue senescentem mature sanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & illia ducat.

Verum enim vero quoniam gladiator noster se respondisse testatur censuræ meæ ad illius paraphrasim, cum ob alia, tum etiam quod multa aliás aliunde imposuerim illi, (cum tamen nec verbum, nec apicem possit ostendere) non excusor, quin amore veritatis, quo semper exarsi, calamum arripiam, & vter vtri imposuerit, ostendam, Nec ille (vt obiter hoc perstringam) Licentiatus poterit expurgari apud graues, maturosque viros, Quoniam postquam vice satisfàctionis (inuisitata moneta persoluens) omnem in me bilem euomuit, naturalis, & in culpatae tutelæ limites prætergressus, Reuerendum admodum patrem in hamané in me instigat, forensi stilo seu delinquenti causas accumulare studet, Licentiatum lyncæi oculos in me habentem, ex binc fiscalem agnosco, siquid in Apologia, quod non sim perpeffus, egerim, viri non ægre affecti iudicant) iudicatum soluam obiectiones fuere, me non intellexisse Plinium; ac malæ grammaticæ similiter alligatum eadem iuridice reddidi, Comici sententia comminantis, Qui dicit ea, quæ vult, ea, quæ non vult, audiet, valea tis; qui inter proximos dissidium vult, & inquirit, animaduertatque; quod dum non probet me respondisse, quod non audierim, (nec hoc mihi conscius sum) vel aliquid alicui homini licere, & hoc mihi denegari (quod impossibile est) doli male esse cõuictum. Lector enim candidus, quó illa tendant, optimè tenet, Pater vero Magister homo cum sit, humani á se nihil alienum putat. Peperci personis, de vitijs explicationis dixi, hoc nullum æquè antiquum, aut ita obseruatum documentum est in libertate Philosophica, ommitteré impresentiarum recensere, me aggressorem non fuisse, sed lacesitum, nisi nunc ex probatoris huius calumnia, (sicuti prius boni nominis, honoris, opinionis, & lãborum labentium iactura) me inuitum in prælia trulisset, Nec his contentus, magis ad quærelas, quã ad respondendum accinctus, inter innumera conquæritur, ac

si crimen læsæ maiestatis (quod Dens auertat) commissum, quod illius Isagogen permultaerim, est ne flagitium hoc assignet quam pœnam in legibus hæc admittenti, inuenit, ego enim ingeniosi, & rethoris opus laudandum; non vituperio prosequendum lego. Par pari (si potuisset) referret, dolet insuper, quod erga audaces non semper tutam fortunam dixerim, illius ore, verbisque dixi, seu repetij, ait enim, *Audendum decreui*. Nimis friuolè obijcit, quod medicus salutaris dixerit (ac. si salutaris medici non sit mortem, & vitam prænuntiare) se moriturum, at mens illius præsaga futuri, prædixit sic. *Et præstat inter viros doctissimos succumbere, quam otio torpere*. Licuit illi dicere, mihi vero non repetere? Sed quod mori non materialiter hic accipiatur, quinimmo pro vinci, quis non sæpius audiuit? solus Licentiatus dignoscit repetitum, illud Andradae Hispalensis, apud Salmanticensesq; Cathedrarij celeberrimi, interrogati à quibusdam discipulis ad quid Salmanticam venisset quidam eques sui oppositoris frater; responsum acutum satis, ad Poetam alludentis, atque ex tempore dicentis? venit, dixit,

Vt miseri fratris læthum crudele videret.

Vergilij,

Quod etiam nostræ ætatis eruditissimus quidam vir urbanitate maxima agens de simili nostræ concertatione concinne cecinit, imitatus Martialem.

*Lib. 1. fo. 27
ad Leporem*

Et non sum dignus tanto sub hoste mori.

Denique omnes viros in Academijs enutritos interrogo, nouum ne est inter concertantes aliqua iocunda, acuta multa, non pauca etiam acria obiecta, repulsaque cucurrisse? negant, vel quis Apologetica legit, qui prædictis acutissimas rationes, & argumenta interserta passim vidisse non fateatur, dicent (certò scio) nullus. Illa omnia vt dicta, sic refelli poterant, fateatur verum, qui vult discedere, & stomachari occasionem quærit, recisis igitur Sannis, hominibus candidis, ingenuis, litterarumque professoribus indignis, supponendo quod inter Christicolas, qui fratrem iniuria afficere tentat, se ipsum

Aldus Manutius de orthog. Hadr. Card. de ser. lat ex Feste.

ipsum lædit, belloque sæpe repetito illi (quod abelluis ducit originem,

Lib. 3. *Æneid.*

Nam & hoc Virgilius testatur sic.

Et pater Anchises bellum: o terra hospita portas:
Bello armantur equi: bellum hæc armenta minantur.

Ferinis hominibus) & duello ferocibus dimissis, quod & Marcus ille. T. sic ait,

Salustio citante.

Cædant arma togæ, concedat laurea linguæ.

Scrophæ in Gal. de bono & malo succo.

Et ut elegans neotericus suadet, dicens, inter honestarum, & utilium rerum studiosos de veritate contentiones acres esse oportet, sed intra conuitia, & maledicentiã, hæctenus ille, pascato igitur animo pedem conferat, iræ enim effectum (cui repugnat agere, dicere ve aliquid laudabile) sic Horatius depingit.

1. episto. ad Lolium.

Qui non moderabitur iræ,

Infectum volet esse, dolor quod suaserit, & mens,
Dum poenas odio per vim festinat inulto,
Ira furor brevis est, animum rege, qui nisi paret,
Imperat, hunc frenis, hunc tu compeſce catena.

Tandem Licentiatus Iani templum recludens incipit attentum lectorem reddere, operis animiq; sui scopum sic insinuat.

Accendamque animos in sani Martis amore.

Quem sane vix decernere possum, an Pharsaliam, an Troianum, bellum aliud promittat, ille igitur Martis, ego vero (ut soleo) nomine Iesu non semel aut iterum, millics ve, sed infinities inuocato, cum Sanctæ, Catholicæque Romanæ Ecclesiæ Doctore Bonaventura, sic consulente, o anima siue legas siue scribas, siue aliud quodcumque opus facias, nihil tibi sapiat, nihil tibi placeat, nisi Iesus. Breuiterque commonito Licentiato etiam Etrnicos sic incepisse, Quintilianus laudat

Lib. 12. *institutio. c. 1.*
sicca mediũ

Homerum, dicens, Nam & beneuolum auditorem inuocatio ne dearum, quas præsidere Vatibus creditum est, reddit, &

Maro

Maro Aratum se magis antiquum imitatur, sic:

Ab Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena.
 Quidius vero non aliter,
 In noua fert animus mutatas dicere formas
 Corpora, Dij cæptis, nam vos mutastis & illa,
 Aspirate meis.

Eglog. 3.
 1. Metaph.
 morpb.

Nec Poetæ solum, sed & Cicero oratorum Princeps ait, à
 Dijs immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia,
 quod & medici Gentiles Iudæi, & Arabes faciunt, ex Doc-
 tissimis Viris.

Dimidium facti, qui bene cæpit, habet,

Qui male, nihil habebit, & præstaret non respondisse, si qui-
 dem pro responsione Versuram fecisse, facile ostendam, ad
 rem igitur accedens, ait in me.

*Licentiatus, ecce Cardinem. Omnium errorum, non enim. Hoc in-
 quirendum, erat, sed sit ne aliquis morbus per sapientiam mori?*
 Recte profecto, ac si cum illo loqueretur, Horatius dixit,

Nec sic incipias, vt scriptor Ciclycus olim,
 Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum,
 Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu,
 Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

In Arte Po-
 etic.

Præter hoc, multiplicetur errat, quo scdam (alijs ommissis) at-
 tingam errores, nam aliàs daretur processus in infinitum, pri-
 mo quidem aduersus omnes expositores (quorum insisto ves-
 tigijs) quibus omnibus dubium fuit controuersum, circa ver-
 bum Sapientiam; non circa morbum, aut accidens, qui vna-
 nimiter volunt esse Phrenitidem, aut delyrium. 2. Quoniam
 propositio est affirmatiua Plinij dicentis, *Atque etiam morbus
 est, &c.* Quorsum exponens inquirat, dubitetque? 3. In pos-
 terum sciat ex Aristotele, pro inuestigandis rerum essentijs,

Lib. Post.

B loquens,

Lib. 2. de inuent. Dialectic. ca. 16. loquens, sic docet circumspectianda sunt omnia diligenter, nec utique statim, ab eo quod in presenti est quaestione, incipiendum, sed repetendus plerumque altius rerum ordo, si sit in eis aliquid, quod profit, haecenus ille non ad illum sed ad scientificos viros illos, grauissimos expositores qui si ex professo laborassent (non licet canis aquam Nili) nec correxissent (quod sine sudore, & vigilijs fit) interpretes, non correctores (aut verius corruptores) essent iudicandi.

Licent. Alteram contra ipsiusmet Plinij, verba, inquit enim Plinium appellasse Sapiencia, morbum.

Horatius cuidam aliena typis mandanti, ac si ipsi Licentiatum, qui quod nudius tertius alter obtulit, hodie vt suum, nouum que in me adducit, sic illudit.

Lib. 1. epis. 2. ad Iulium Florum.

Quid mihi Celsus agit? monitus, multumq; monendus,
Priuatas vt quaerat opes, & tangere vitet
Scripta Palatinus quaecumque recepit Appollo;
Ne si forte suas repetitum venerit olim
Crex auiam plumas, moueat Cornicula rsum
Furtiuus nudata coloribus.

1. exercitat. Ad rem tamen, haec eadem obiectiuncula, aut maligna calumnia vt pote in unius, aut alterius litterae errore constructa iam a me flocci facta fuit, attamen hic aliquantulum immorabor quia & si sophistica, & cauillosa est, ob repetitionem fastidium ingenerans, repercutienda, primo tamen dicat, non mearum vigiliarum Censor, sed somniati solacismi corrector nonne legit? Immo & modo transcripsit (quamuis dissimulauit, vel dissimulauerunt) prima illa verba mea, *Quae in hoc Cardine, versatur, sit ne aliquis sapientiae morbus, non nec certis sapientiae morbi, & aegritudinis memini?* Nihil aliud conatus sum tribus exercitationibus ostendere, quam sapientiam intellectum significare. Cur ergo, si sapientiam, & sapientiam aliquando legit, non ex dictis intelligit, aut solacismos corripit? in illo tamen haec cudetur Faba, & Talionis lege persoluet.

Ad rem tamen, est animus probare Licentiatum vtramque
meam

meam conclusionem, (quam intendit, & existimat se infirma-
 re) confirmasse, ex quo necessario, ipsum voluisse sapientiam
 esse morbum, quod mihi imponit totis suis, & alienis nervis,
 languidissimis profecto, quod si possem vnico Verbo, nec ve-
 ro argumentis, quidam enim vir doctus, amicusque id
 ad me petijt, ne cum viro huius dialecticæ luctæ ignaro, dispu-
 tando tempus contererem, vult igitur sapientiam esse mor-
 bum, dum dicat, *Mori per sapientiam, apud Plinium, aut prop-*
ter (vt illius verbis vt. ar) esse mori propter melancholiam. Et me-
 lancholia ex omnium medicorum, & philosophorum senten-
 tia est affectus cerebri, & partium in eo principum, igitur de
 primo ad vltimum, Licentiatus confirmat assertionem, qua te-
 neo per morbum, & ægritudinem sapientiæ à Plinio appella-
 tam, *Ipse intellexit affectum præter naturam, facultates cerebri*
principes lædentem. Et denique is est, qui vult sapientiam esse
 morbum, quod tamen millies per actiuam, & passiuam sur-
 sum, deorsum me voluisse audet scribere. Aduertat tamen
 (facultatem illi concedo) an repererit aliquid à me repetitū.
Licentiatus, facultas enim lædi non potest, sed actio est, quæ læditur
medio organo, siue instrumento læso.

*Melancholia morbus
 partis prin-
 cipis.*

His verbis fatetur, non esse læsum organum videlicet cor-
 pus in Mania, & Phrenitide, quod quis diceret, non littera-
 rum professor, sed pner? an congrua medicina vsus in his fue-
 rim, prælum dicat, iudicent medici. Non controuertam de
 his cum illo, qui non agnoscit Phrenitidem, & Maniam esse
 morbos, multoque minus; quid facultas, quid affectus, quid
 membrum princeps, &c.

*Licentiatus, si enim hoc ex Hippocrate, Galeno; alioue medico prin-
 cipe esset, allegasset utiq.*

Imprimis falsissimum se obijcere, scit testaturq; visus. 2. a:
 pud nostros infertur male, non dicit, docet ve Galenus, ergo
 non potest dici, doceri. ve, 3. Quia si dixi, ex quorundam
 medicorum placito, Hippoc. & Gal. præcitatis.

*Argent. lib.
 I. d. morb.
 diff. c. I.*

Licentiatus, Quæ tantæ tenebræ offusæ Puinto Clarissimo?
 Ipsi nimirum clarissimus est Plinius, aliqui quærun in Scyr-
 pis Plinij nodum ex illius iudicio, Licentiatus vero in Plinij
 nodis Scyrpos quærit, & inuenit.

Licentiatus. En quomodo per Doctorem Sapientia est morbus,

Est delyrium.

Quo nam modo? ficto simulatoque, sed en quomodo (& vere) per Licentiatum, sapientia est delyrium, & per eundem nescienter probatur mea secunda conclusio, ait enim, *Propter homines factos atrabiliarios.* Confirmat, ex Marfilio ficino, ex problematibus Aristoteles at cum atrabiliarijs, & maniacis adsit delyrium, hinc accidit, vt corroboret secundam meam assertionem, qua teneo, *Affectus sapientiae dictus apud eundem est delyrium praeipue,* &c. Et consequenter cogitur fateri, sapientiam apud illum esse delyrium. Vt vel ex hoc pateat, per bellum Licentiatum intelligere, quid melancholia, quid tandem delyrium sit, & vt incepti concludam, tenebatur fateri, per quem profecerit, ne praeter Horatij Carmina, audiret etiam Plinium (a quo plura adducam) dicentem obnoxij profecto animi, & infelicis ingenij est, de praehendi in furto malle, &c.

In praefat.

Licentiatum, Nec tamen in hoc perstat Doctor, addit namque Plinium methaphoricè locutum fuisse.

Hoc vocare inconstantiam, hallucinari est, absit tamen arrogantia, copia, affluentiaque sensuum, conceptuumque in explanatore est appellanda, omnes enim eundem scopum petunt, iddem intentum comprobant, firmiterque adstruunt, nec verbum verbo dissonat, ex superabundantia denique isthaec profecta sunt dixisse ne methaphoricè locutum Plinium, est vitium in viro methaphoris aenigmatibus cumulatisimo? seu cumulo. Placet circa methaphoram Quintilianum adducere vbi sic. Incipiamus igitur ab eo, qui cum frequentissimus est, tum longe pulcherrimus, translationem dico, quae methaphora graece dicitur, quae quidem ita est a natura nobis concessa, vt in docenti quoque, ac non sentientes ea frequenter vtantur, &c.

*Lib. 8 insti-
tut. c. 6.*

Licentiatum. Procederet ne bene loquutio haec? atque etiam morbus est aliquis per cerebrum mori?

*2. Aut. 60.
43.*

Quid nisi? quid contra probata? papyrus, & stramentum, & letoris tempus perdita, Galenus passim, velocissimè igitur fiunt corde patiente mortes, deinde affecto cerebro, tardissimè ab hepate prodeunt.

Licentiatum. Et vt illum a maxima quadam (qua stupere solet) admiratione liberum.

Si caecus caecum ducat, ambo in foueam incident, homo
ratio.

rationalis risibilis, & admiratiuus est, videat tamen Licentia-
tus, ne negato admiratiuo, & risibili (quod ipso opere præse-
tat, iudico enim nunquã risisse) rationẽ homini adimat admi-
ratiui (ijs enim placere studemus) sciunt, ex admiratione ho-
mines cæpisse philosophari, sic phisici illud psalmi adducunt,
mirabilis facta est scientia tua ex me.

1. Methem.
Cap. 2.

Dicet Licentiatus, quod supra illum, nihil ad illũ, idest cõ-
siderationes nas ad philosophos spectare, se verò loqui gram-
maticẽ, & de nomine, quod dixerim, *Vnum me in maximam
admirationem rapit. Fama erat credidi, & scripsi, Musarum cõ-
pollitioris litteraturæ adeo affectum. Modo vero sæpæpius
omnino oppositum video. A quo inquirō, est aliquod verbũ
ita obuium, vel sic voluntatum in pollitioribus, Latinioribus
ve buccis, aut scriptis non oratorum solum, sed & poetarum?
Nam & tantum, quæ se mihi obtulerint, candidum lectorem
in mei amorem terat, obsecro. Maro sic.*

1. Phisic. in
Proemialib.

Mirabar, quid mæsta Deos Amarilli vocares.

Eglog. 1.

Miramur si Democriti pecus edit agellos,

Horat. lib. 1.

Cultaque, dum peregre est animus sine corpore velox.

Epist. 12. ad

Idẽ. Sed tamen admiror, quo pacto iudicium illud.

Leccium.

Quintilianus vero oratorem instituens, sic scripsit, quæ ve-
ro sunt augendis affectibus accommodatæ figuræ, constant
maxima simulatione, namque & irasci nos, & gaudere, & ti-
mere, & admirari, hætenus ille. Plinij nepos rescribens gra-
uissimo etiam miranti, quomodo tot monumenta eius auun-
culus litteris madauerit? In hæc respõdet verba; Miraris, quod
tot volumina, multaq; in ijs tã scrupulosa homo occupatus ab-
soluerit, magis miraberis &c. Hæ sunt elegantium formu-
læ, hi inter inter perpollitos currunt sermones, addu-
catur testis auunculus pafsim scribens. *Et quod miramur
per aduocatum defenditur, Rursus, Et quod magis mire-
mur, omnia ea hominum causa. Tandem ne illum huc trans-
cribam, Artem natura faciente succurrit mirari. Iulius
Cæsar scaliger elegantissimus sic, nam admiratio in phi-
losopho est impressio rei nouæ ad causam disquirendã, quæ
sola via fuit prima tum ad virtutem, tum ad scientiam, atq;*

Lib. 9c. 1.
Marco suo

In præfat.

Lib. 20. in

proemio, &

36. c. 16.

Scaliger. 6.
poeseos folio
337.

1. Meth. c. 2
4. Met. c. 6.

4. Acut. cō.
19.

Terent. in
Heauton.

In Proemio
poësis.

ex hisce porro ad beatitudinem, & ne sermo latinus artis me-
dicæ (quem possumus optimo conferre, aut præferre) suo pri-
uetur honore, à lingua Græca profluens, adducam ex cele-
berrimis Galeni locis hanc phrasim, ait enim sic, an adhuc vis
multas hominis dictiones, ex multis librorum eius locis (de
Platone loquebatur) deligam, in quibus ille Hippocratē om-
nium, qui ante se fuerunt, admiratur, & postea, verum rur-
sus ad Hippocratem reuertor, quem sane diligentiae nomine
admiror, cum in alijs omnibus, &c. Vltimò, sermo hic (in-
quit Galenus) nimirum Hippocrate est dignus, subitque in
admirationem, quod inter Aphorismos eum non scripserit.
Omittamus Marcum Tulliū, & alios, qui passim sic loquun-
tur, immo impossibile iudico sine ijs loqui eleganter, & hæc
sufficiant non admiratio Licentiato, nec mihi mirabili.

Licentiatus, satius illi minusq; pudendum fuisset, si locum hunc Plinij alijs cogitandum, expendendumque reliquisset.

Chreme tantum ne est ab re tua otij tibi? aliena vt cures, & ea
quæ nihil ad te attinent? sed & si hæc medicam artem non cō-
cernerent, audiat quæ Scaliger in Philosophia & medicina sa-
tis approbatus de humanis litteris ex professione agens aduersus
maledicos, maleuolosque scripsit. Non enim sunt audiendi,
qui hisce studijs clamat, absumi tempus importunè, quod
seuerioribus, ac primarijs scientijs impèdendum est, His enim
si adhibeas manum, tantum ab est, vt fatigent animum, vt e-
tiam alacriorem te reddant ad exquisitiores cōtemplationes,
& statim, Memineris istas bonæ famæ hirundines ideo voci-
ferari, vt ne quod eis abest, adsit nobis, at enim vero
nobis, non tam abest, quod eis adest, quam adest, quod non
adest illis, Quare porro danda opera est nobis, vt dum illi ad
aleam ætatem transmittunt, aut inhiant aurò, aut captant ma-
gistratus, aut mensarum asseclæ de bellorum summa disputant
inter patinas, nos neque illorum voluptates contempsisse, ne-
que ambitiones carpisse, sed studiorum nostrorum nobilita-
tem, animorum magnitudinem simul & simplicitatem pers-
tringi noluisse videamur, hæc ille.

*Licentiatus desumere potuit formicantem pulsum à Theophilo medi-
co Græco, qui ante Galenum & Plinium librum de pulsibus, & vri-
nis edidit.*

Cum

Cum non probet desumpsisse, hic habet locum illud frequenter à logicis adductum, frustra est potentia, quæ non reducitur ad actum. Sed quomodo posset? Nec enim librum habemus Theophili Græci? Licentiatum decepit Tiraquelus, hunc autem alius, in cuius patroni fidem excussit Tiraquelus, est apud Articellam tractatus de pulsibus Philareti, alterque Theophili de vrinis, at cuius Theophili? Num Græci illius ante Plinium, Galenumque, minimè gentium, quod ex eiusdem auctoritate luce meridiana clariùs colligitur, de vrinarum differentia negotium multi veterum medicorù aggressi sunt, quorù primus omnium Hippocrates Cous fuit, cuius libris insueuimus, post huiusmodi vero tempora Galenus mirabilis medicus aggressus est, & scripsit, dein post huc magnus medicus sophista, quibus verbis postremis Auicenam innuit, vocat eum statim magnum ratione, experientia paruum, intelligit illis verbis Auicenam, ut testatur Veiga Lusitanus, & ante illum Auerroes dicens, qui clamat quidem, sed nescit, quid clamet, ad rem tamen, si Theophilus, cuius est opusculum de vrinis reminiscitur Gal. quomodo fuit ante Galenum? hoc est ridiculum, sed & Auicenæ reminiscitur, qui est omnibus multò posterior, hic denique multipliciter errat Licentiatum. Et falsò allegat Tiraquelus Theophilum, Licentiatum, Neque omnino verum est Hippocratem pulsum differentias nominasse.

Axiom. Aris.

*Theophilus
In Articel.
fol. 11. p. 2.*

*In art. med.
In Alpbabe
to medicorù*

Vbi nam? Impor. it Tiraquelo, dubitanti, an Hippocratis pulsum notitiam habuerit, certum est tamen viro mediocri ratione prædito, quod si hoc dubium habeat in Hippocrate locum, delirium esse asserere eundem exacte de pulsibus, eiusq; differentijs tractasse, docente Galeno ipso Hippocratem eã artis partem pene in tactam reliquisse.

*Denobilita.
c. 31. n. 50.
7. Aphorism.
cap. 26.*

De dif. puls.

Licentiatum, Sciat igitur per me doctor, à quo Plinius pulsus formicantis nomen sumpsit.

Quomodo ostendat, dixi, sed profecto hic pulsum formicantem non inuenio; nisi forte dicendum sit, Licentiatum pulsum esse formicantem, in propinquo enim est mors, vix erat reprensens aliorum obiectiones, at cum ex suo Marte loquitur, inter morientem attendite, labascit namque.

Licent. Grande nefas est mutasse, aliquid fateor, & nouus nunc Perillus

rilus

vilus arte peribit sua.

*In proemio
ad iib. de di-
ff. feb.*

Haecenus licet sophistica obiecerit, cum cortice nare sciens, falsa inquam, lectorem non terret, dispeream tamen si in reliquis aliquid ingenio dignum, verum, vel vero simile reperire est possibile. Ad rem tamen, bene agitur cum studiosis, si quotidie noua non videremus, rectius tamen consummatissimus medicus Veiga praecitatus scripsit, non diffidamus largissimo datori, quasi effœta iam sit natura, aut abbreviata manus Domini, cum fons ille aquae viuae multo plura scientiarum fluentia sibi recondita habeat, vbi libuerit in posteros effundenda, quam haecenus in illos effudit, hæc & alia pulcherrima eodem loco, sed Licentiatus Plinianus saltem non praefationem vidit, vbi sic. *Res ardua vetustis nouitatem dare, nobis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam dubijs fidem, omnibus vero naturam, & naturae suae omnia.* Tandemque cum non agit de iocis, sed de serijs, obliuiscatur Perili, Horatij recordetur docentis.

1. Saty. 4.

Publica materies priuati iuris erit, si
Nec circa vilem, patulumque moraberis orbem.

Licent. Quæto iustius per Iustum Lipsium ipsemet Plinius aduersus Doctorem.

Si Lipsius meas enarrationes vidisset, vt doctus, nobilisque æqui, & boni consulisset & forsitan gratiam habuisset, attamen si non iustus, iustior tamen Toletanus Sacerdos, Licentiatusque in diuinis, & humanis litteris egregius adeo, vt annum agens duo de vigessimis, fuerit in latina lingua praecceptor clarissimi Comitum de Paredes, at. 22. suae ætatis oppositores vincens, cathedræ eloquentiæ in Academia Toletana gubernacula obtinuit, vnde illum ille eduxit Bustos de Villegas (vir cuius memoria diu permanebit, ob epistolam, quam zelo sanctitateque insignissimam ad. 2. Philippum magnum Regem nostrum misit, & ob multas alias præclaras virtutes) vt ei à secretis esset in sermone latino, sedem enim Toletanam regebat, atque in rebus maximi ponderis, & momenti Sanctitate Gregorij decimi tertij, & illius ætatis Cardinalibus

buseius lingua ratio reddebatur, postquæ omnia eruditissimus hic Licentiatus Hispali eloquentiam publicè professus est, atque electus ut excellentissimum Dominum, Dominum Ferdinandum Enrriquez de Ribera, Ducem de Alcala, magis litteris, & virtute: quam stemmatibus, & maiorū sanguine (quāvis regali) clarū latinitatē doceret, qualis discipulus, talis magister, qui vnus, seu vnicus instar millium de præceptore testimonium perhibet, denique solus hic præceptor tanto discipulo fuit dignus, nec nostro tempore aliquis discipulus talem sortitus est præceptorem, qui Plinium sic sentientem depingit, & ad me scribentem.

Plinius (heu lugens obscura silentia mortis)

Doctori claro, qui mea clara facit,
 Luna tibi lucet, nempe ut sol, splendide Luna
 Per te quæ scripsi candide, vera patent.
 Ante mori passus, quam deseruisse tacentem,
 Viuis per mortem, morteque vita data,
 Tutior est sedes tibi, quam mihi morte parara,
 En ego per te, tu morte beatus eris,
 Nec mea me miserum tantum tormenta retorquent,
 Quam quod & à doctis audio (chare) malè.
 Estque mori morbus, qui non assenserit, illum
 Huc argumentis trude, vbi dego miser,
 Iam Morus amisit flores, ut tempore brumæ,
 Sic vere, autumno folia nulla patent,
 Nulla Morus sapiens, aut prudens est apud Orcum,
 Aruit ampla Morus, mors viridisque manet,
 Quod si terra viros similes tibi vestra tulisset,
 Nostra haud tot doctis palidaque plena foret.

Hæc recensere mei muneris fuit, laudare doctissimum virum & reuera si litteras, Epistolia denique congratulationes doctorum prælo darem, tunc opuscula crescerēt, breuitatem affectans, cauensque ne vanitatis, aut superbix à vagabundis arguar, silentio ea omnia prætereo, ad Licentiatumque redeo.

Licentiatus, Iustus Lipsius, Mensis december erat, & per febriculam

C lam

lam valetudo mihi non bona.
Recte in similem Horatius.

Horatius.

Alter de lana rixatur sæpe caprina.

Val. 4. con-
tro. 6. 3.

Huius grauis Licentiati Apologia (si Apologia) præpositionū est appellanda, nomine dolendus est, qui in ijs tempus in sumptis: sed nec intelligit Lipsium. *Per febriculam.* Idest, aut, ex febricula efficiente non bonam valetudinem, Propter dicit causam finalem, quam in morbis non dari ars medica docet.

Licentiatus. Antonius Nebriffensis inquit, etiam *Per* significat, causam, vt per virtutem laudabilis fio. Est autem latini sermonis parēs in Hispania.

Vel Licentiatus Nebriffensem adducit ratione præpositionis ita vt velit Antonio, *Per* idem quod Propter fuisse, & hoc est plusquam falsum, nam circūloquimur, & explicamus sicut præcedentem, idest (dicendo) virtus me laudabilem efficit, dicere enim propter virtutem laudabilis fio, præter quam quod nullum facit, sensum, ad secundā grāmaticorū classem spectat.

Vel dicit, vt palliet confusionem, contrarium tamen eius intentioni adducam, vt etiam ex hoc, quantus sit ad arma, ostendam, existimat Licentiatus (quod etiam de Hippocrate in pulsibus nuper notavi) primos artium inuentores omnia absoluisse, hoc tamen oscitanter legentem ostendit, est enim sicut antiquum, verum, artium conditores (vt passim expurgentur) non esse vnus eiusdemque hominis inuenire, & perficere, quod si non placet, quamuis verissimum sit, pro nostro præceptore dicendum, 2. Tyronibus, in troductorieque doctrinae semina iaccens, potuit Antonius pro captu lac illis exhibere,

9. Meth. c. 8

Porp. in in-
troduct. ad re, prouecti cibo indigent solidiori. 3. dicerem Antonium egis
logicam & causam specificare?

Gal. 4. de Licent. Plinio nil magis vsitatum est quam, *Per*, vice Propter acci-
diff. pul. c. 2 pere, vbi ait, per quæ effectum est, ut nihil magis prodisse videretur,
quam multitudo grassantium.

fol. 18 p. 2. Bis scripsit hunc locum, bis habet, *Viderentur*, sed vnde regitur, *Viderentur*? quia imponit Plinio, & medicis Licentiatus, anullo, heus latinissime vnde regitur viderentur? credidit bonus quia exoptabat in cōuitiū nostrū videretur medici, nihil
magis

magis prodesse, quam multitudo grassantium, deceptus tamē est multipliciter, nec hunc repetitū in grammaticam Plinij errorem unquā poterit excusare, sed quid mirum? si sic intelligit illum, ut talem paraphrasim, & Apologiam excudat. *Videretur, inquit Plinius quis? Cato, 2. Per, non Propter præpositionis locum implet, est enim sensus, quæ effecerunt, ut nihil magis prodesse videretur Cato, quā multitudo grassantium, si tamen vult Pliniū intelligere, de se humiliter sentiat, superbis Deus resistit, &c.* Et hic sunt dolēdi solæcismi aduersus Plinium, fratresque medicos. Cū enim cætera dixisset Plinius de Catone, non magis hæc vrbi timuit Cato, ut equidem credo, quam reginas, &c, pergens ait, *Per, quæ effectum est, ut nihil magis prodesse videretur, idem videlicet Cato.*

Licent. Ex Plinio, Qui triumphalis vocatur, atq; per triumphos vestitur habitu triumphali, quid clarius?

Immo quid æque obscurum ad suum institutum? intelligit sicut præcedentia. Aliter multo ac Plinius, qui optime Canoniceque (ut semper) ait, *Statuā Herculis vestiri per triumphos.* Ac si diceret per dies festos, quando videlicet aliquis dux cōsul Rex ve triumphans accipiebatur, quod & tetigit Alexander ab Alexandro sic. Quin etiā Herculis signū ante triumphantē non raro in pōpa vehi solere. Hæc ille, ego sic Plinij locū intelligo. *Herculis statua vestiebatur per triumphos;* Hi tamen ritus aliaq; festiua agebantur propter triumphantem, qui erat finis, propositumque omnium cæremoniarum, vel apparatus triumphalis, vel pompæ. ut Alexander hic. Sit exemplum in nostrorum festorum præcipuo, magisq; festiuo die Corporis Christi, nostri seruatoris, Herculei Gigantes, imagines ac Sæctorum reliquiæ seu pignora vestiuntur per triūphū veri victoris habitu triumphali, attamē hæc sic aguntur propter triūphantē Iesū Christum. Esse enim diē qua victoria, & triumphus illius representatur, docet, S. Synodus Tridentina.

6. Genial.
dierum c.6.
circa mediū

Sessione. 13.
f.5.

Licent. Qui nam alij maiori puritate, castitate, &c.
Quanto magis magisq; cogitat se esse iudicem in pœsi latina mihi persuadere, tanto magis ostendit in illo locum habere nullum, alijs ommissis. Ego enim adduxi pro puro castoque sermone latino.

Quid sit puritas absolute, & simpliciter in Poeta ignorat,

Poet. lib. 4. quam sic explicat Scaliger. Puritas namque est nuditas, cum
c. 12. nil ornamentum admiscetur, &c. quæ ibi videre licet, cum igi-
Eiusdem li- tur nullum ornamentum, nil pollitum, quam puritatem quæ-
bro c. 5. rit in poetarum verbis fidem?

Nescit quid proprietas de qua idem auctor sic. Proprietatē appello, non quæ excludit methaphoras, hæc enim nequaquam perpetua est orationi, sed nativam vim significandi ex usu Doctōrum, hæc ille, sed ad rem, ego reiicō poetas, solus Licentiatus non videt exercitationes, ignorat ne me sapere & sapientiam hoc est poetarum medullam, (ossibus præpositionum abiecti) ex poetis extraxisse? Ridiculum tamen est velle persuadere, quod si in Carmine pangendo, pedibusque complendis rigidè, teneatur poeta vti præpositione, Per, quæ non satisfaciat carmini, poetam noctem in somnem ducendum, si præpositio, Propter, carmen impleat, aut vice versa. Sed pro licentijs poetarum denuo audiet Quintilianum sic dicentem, Meminerimus tamen non per omnia poetas esse oratori sequendos, nec libertate verborum, nec licentia figurarum, totumque illud genus ostentationi comparatum, & præter id quod solam petit voluptatem, eamque etiam fingendo, non falsa modo, sed etiam quædam incredibilia sectatur, patrocinio quoque alio iuvare, quod alligatum ad certam pedum necessitatem, non semper proprijs vti possit, sed depulsum à recta via necessariò ad eloquendi quædam diuerticula confugiat, nec mutare quædam modo verba, sed extendere, corripere, convertere, dividere cogatur &c. Quæ memoriæ mandet Licentiatus, ne suis exclamationibus capita nostra obtundat.

Licent. Sed religionem, vel sensum.

Hic si licet per Licentiatum, miror eius distinctionem, teste enim eo Divus Isidorus loquitur tantum de poetis gentilibus per hæc verba. *Poeta autem gentiles. &c.* Quorsum hic reminiscitur religionis? 2. Quid ve recordatur sensuum dicente exactissimo Isidoro, *Sermonis proprietatem.*

Licentiatus. Doctōr Logicus à particulari ad uniuersale concludit argumentationem.

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.

Forte

Forte audiuit dicere aliquando ex puris particularibus nihil concludi, aut sequi sed non intellexit, nunquam legit.

Sit pro ratione voluntas. ;

Aristot.

Afsiduusque vsus magnorum grammaticorum.

Videat tamen á particulari ad vniuersale ascensum, hic ignis calefacit, & hic, & hic, ergo omnis calefacit, sic similiter præcipuis auctoribus adductis, qui rigidè his vocibus vtuntur, (quibus denique integra fides habetur) ergo omnes. á quo inquiri, quomodo fiat communis aliqua opinio? Circa quæ sic eruditissimus Galenus, Nempe ex particulari exemplo communem doceri sermonem comperiet, quem vniuersalem vocare consueuerunt, non philosophi modo, verum quoque & omnes prope logicæ artis non imperiti. Sed nec adduxit, nec vnquã poterit propositionem corruptã à viro graui oratore. *Licentiatus. Nunquam Nizolios, nunquam Nebrissensem, e.*

1. Act. c. 13

O strenuum, & fortissimum; expugnato rem hic non possum me continere quin illud contilium Comicum, ludricumque Terentij (venit enim in mentem mihi) ad lectoris memoriam reuocem.

Scin, si quando illa mentionem Phedriæ
Facit, aut si laudat, te vt male vrat. T. sentio
G. id vt ne fiat, sola hæc res est remedio.
Vbi nominauit Phedriam; tu Pamphilam
Continuò, si quando illa dicet Phedriam
Intromittamus comessatum, tu Pamphilam
Cantatum prouocemus, si laudabit hæc
Illius formam, tu huius contra, denique
Par pari referto, quod eam mordeat.

Licent. Sed non puras, non latinas, non proprias falsissimum est.

Desinat Licentiatus ascensor animorum (sicut omnes alios) in me irritare iuris prudentes doctos, quos semper reueritus sum, dumque vixero venerabor, qui enim docti sunt, vt omnes esse suppono, me & candidè, & scholastice locutum le-

C ; gant.

gant, dixi enim voces habere non quibus vis obuias, quod verissimum est.

Licent. Non assigemus culpæ scribentiū, sed inscitiae nō assequentiū. Hanc maledictionem solum se extendere ad sequaces huius, vel illius facultatis, nemo ignorat, nec peregrinos comprehendere, an videlicet, & hoc meam veritatem de iurisprudentiæ terminis primò addiscendis, confirmat? sed & hoc per se notum est, ac proinde defensione non indiget, vix enim multis annis addiscuntur termini, à quibus est initium.

Licentiatus. Per, quæ nec Plinio ipsi obuia erit? Illi Plinio quem doctor.

Flectere si nequit Superos, Acheronta mouebit.

Nunquam audiuit Licentiatus hyperbolen aut credit simile fuisse Plinium illi, qui ob id quod legit, & vidit errasse, parū abfuit, quin rumperetur, & etiam vulgaribus, & idiotis dixit, me acrem, & mordacem esse, quod veritati, virtuti, & rationi tribuendum fuit, nec minus illius errorū medellæ, nunquā audiuit hominis est errare, solius insipientis perseuerare? audiat sat certo scio in sui confusionem, (an in correctionem ignoro) quem in ipsius gladium, Plinium sæpius adducam, ingenuè de se fatentem. *Nec dubitamus multa esse, quæ & nos prætereant, homines enim sumus, occupati officijs, Idem vir, Si modo minime verum est, hominem genitum, nō omnia humana nouisse. Quod ab Hippocrate transtulit.*

Licent. Cedò ex quorum doctiorum sententia D. Hieronymus Cicerō elegantior est.

Ex omniū hæctenus crediderā, nec id urbanitati doctæ implicat, est vnus multorum instar, cui in hac vnica re maxima fides adhibetur (si cuiquam post vtrumque Desiderius Erasmus Rotedoramns, qui postea quam de Diuo Hieronymo aliqua, quæ vni Hieronymo vna conueniunt, & tot, taliaque, quæ vnus Erasmus vnà conscribere valebat, qualia (vt existimo) nunquā collecta sunt, quæ legi, cōcipi nequeunt, quæ deniq; attonitū legentem reddunt cumulesset, Scriptis addidit. Quādo quidē ipsi Ciceroni Secus, dicēdū foret, si Hieron. esset, alias dicendi virtutes mireris (aduertat latinissimus. Licentius)

obiter,

In præfat.
& lib. 3. c. 1
Lib. Epistol.
ad Crat.

In proemio
episto. D. H.

obiter, mireris) in alijs, in vno Hieronymo pariter tot dores
cumulatae sunt, vt in eo reperire liceat, quod & in M. Tulio de
sideres, loquitur Cicero, tonat fulminat, Hieronymus, &c. Es-

*In praefatio
ne Episto.*

ruditissimus & maxime venerabilis Episcopus Reatinus, Ma-

rianus Victor de vita Hieronymi, post illius laudes tali vti-
tur epilogo, vir (inquit) cui nec Graeci, nec Latini quae compa-
rent, habent, nullum. Haec laudati illi viri de nunquam satis lau-
dato Hieronymo, ego non credideram quemquam hoc negaturum,
vt saltem iudicaremus D, Hieronymum intelligere,
Licent. Non ne sicut ego mortem a sapientiae studio tandem oriri a-
io, ille a delirio, vel a phrenitide asserit.

Omitto quod praepositionis Pallinodiam recantet, ad rem ac-
cedo, vbi inuenit proportionem? nusquam est, Phrenitis est
morbus, quam sequitur delirium, haec esse mortalia ad rauium
vsque probaui, nec ullus negat, a sapientiae studio immediate
sine morbo mortem quis cordatus adduxit, aut conatus est defe-
dere? millies dixi Plinium loqui de morte ex morbis sub orta,
in contentiosum tamen.

*In And. aff.
l. cen, l.*

Quod plerique faciunt adolescentuli.

Vt animum ad aliquod studium adiungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad philosophos,
Horum nihil ille egregie praeter caetera studebat.

Et statim.

Sic vita erat facili in omnes, perferre, ac pati
Cum quibus erat, cumque vna his se dedere,
Horum obsequi studijs.

Vidimus quid studij vox, ad quam causam in libris medicorum, *6. de Morb.*
& an sit ad morbos reducendum ex Galeno (interprete Gui- *l. 1.*
lielmo Copo) videamus, superst, sic dicente, at qui studia vo-
co equitationem, piscationem, balnea, &c. Dixerat
vero antea errores autem qui circa cibos committuntur
in multitudinem, & succorum qualitatem diuiduntur, que-
madmodum, & studia, & ea quae extrinsecus occurrunt, ad ordi-
ne praeposterum, & in tepestiuam (vt opinor) assumptionem pertine-
re videtur, haec G. cuiuscumque rei studia reducens ad res a medicis

vocatas

vocatas non naturales, non vero ad res præter naturam, quarum vna est morbus, ex studio tandem mors immediatè euenire non potest, possunt multi morbi ex huius vel illius rei immodico studio, itaque studium est morbi causa exterior, antecedensque, Plinius vero doctissimus post cathalogum morborum ait. *Atque etiam morbus est aliquis &c.* Ego inquam ex Phrenitide, & insania, quæ nominibus morbi aut ægritudinis sapientiæ gaudent, mortem oriri, Licentiatus vero propter studium sapientiæ, quo modo conueniam cum illo? assignet morbum, si potest.

Licent. Qui leporem pro cuniculo inuito Martiale, inuitaque lingua latina accipiendum.

Nonne miserandus, qui nihil non falsum typis dedit? quiue librum (vt hæc scriberet) non consuluit, vbi sunt probationes? quod in buccam venit, errat multipliciter, primo quidem, quoniam non monui, sed modestè me credere assero. 2. Quid meis rationibus respondet? quas obiter tetigi, hæc enim vt cursim dicerentur, lectoris recreandi gratia, animus fuit. 3. Consultis modo libris videat quàm meus discursus naturalium rerum auctoribus, studiosisque conuenerit. Imprimis M. Varro sic, Tertij generis est, quod in Hispania nascitur simile nostro lepore ex quadam parte, sed humile, quem cuniculum appellant, & paulo post, cuniculi dicti ab eo, quod sub terra cuniculos ipsi facere soleant, vbi latent in agris, hunc secutus Plinius medicorum capite in scripto de leporibus, & cuniculis, in hæc verba ait. *Leporum plura sunt genera, & mox, Leporum generis sunt, & quos Hispania cuniculos appellat, & tandem, Magna propter venatum eum, viueris gratia est, iniiciunt eas in specus, qui sunt multiformes in terra, vnde & nomen animalis.*

(Aduertat Licentiatus si inuita lingua latina & mox si inuito Martiale) *Atq; ita eiectos super ne capiunt.* Hactenus Plinius vnde & Martialis,

Gaudet in effosis habitare cuniculus antris.

3. de alimē. facult. r. 1. Vnde nimirum noster Galenus hos duos graues viros imitatus, sic nobis scriptum reliquit, Non igitur amplius opus est exequi animalia omnia, quæ apud singulas gentes proprie nascun-

nascentur, cuius generis est in Iberia, animalculum, quod lepori est simile, quodque cuniculum nominant, hæc Gal. ego non tam miror meam sententiam his gravissimis viris convenisse (forte enim legeram, ubi vero non recordabar) quam esse hominem non lippitem, qui de similitudine leporis, & cuniculi dubitauerit, ubi non leporem pro cuniculo, sed cuniculum pro lepore accepi.

Licentius pergit; Qui mutavit, pro mutatus est.

Ignoscas obsecro, candide lector, & ne nos iam senes, his pueros dicas, non mea sponte, ego cum pueris puer fio, falso ait Licentius resque ita ostendit, nec enim mutatus est, scripsi.

Nec periodum percepit illam.

Licent. Ad nostrum modum sciendi, & intelligendi.

Hic ut nihil non conetur carpere iterum, iterumque dolendus carpit, quod non capit, huius enim clausulæ sensus sic integratur divinæ litteræ testantur ad nostrum modum sciendi & intelligendi de Iesu, puer, &c. Id est, ut nos sciamus, & intelligamus, dicat tamen, quem sensum faceret, Divinæ litteræ testantur nostro modo sciendi, & intelligendi? ego enim nullum inuenio, simile quid est in Divinis litteris (semper tamen piissimæ matris Ecclesiæ correctione præmissa) ac generalis, sicut in prædictis ad innumera alia formalia, & documentum eruditissimi, & Sanctissimi Domini Pauli sic dicentis, Quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, id est ut nos doceamur, similime ad nostrum modum sciendi, & intelligendi, id est sciamus, & intelligamus 2. quia & si omnes utamur tuo modo, meo modo, nihilominus quidam doctissimus vir sic de illis, Tuo modo, meo modo, & alia quæ non tã audire, quam commemorare pudet,

Had. Card.

Licentius, si non omnino distinkte, at non falso.

Ingenue fatetur se esse confutum, adhibenda ei fides, qui se melius mentemque suam agnovit, exposcit ut falsam propositionem ostendam, placet Conabor & medicus ex iuris principio (nec communicavit quisquam iuris prudens) dicere, Qui distinguit, proximus est veritati, ego ex hoc infero, ergo qui non distinguit, proximus est falsitati, assumptum est verum

D con-

consequentia patet ex pluribus regulis logicis, sed qui parum distat, hoc est qui proximus est fallitati, nihil distare videtur, ergo à primo ad ultimum, qui non distincte omnino locutus est, falso. Id vitium Aristoteli est sophisma, at Spiritui Sancto, qui sophisticè loquitur odibilis est.

Licentiatas, nomen causæ non æquiuocum, sed genericum est.

2. *Phisic. ci* Consulantur cōmentatores Arist. inter quos Toledo sic. Quid
410. causa sit, non docuit Arist. contentus definitionibus singularium generum, sic enim facit in ijs communibus, præsertim cum analogia ad sit, hæc ille, sed & Arist. axioma, multa latent in genere, explicatum sic inuenio, id est æquiuocationes latent, vnde 2. qui loquitur per genus, æquiuocus est, & vt talis omittendus.

Licentiatas & in primis præpositio Ex.

Quorsum hæc sartago præpositionum? videlicet quo chartam (vt de me dicit) impleat, ex quibus solam iuriconsulti explicabo, cæteris plusquam impertinentibus transire iussis, *Propter autoritatem doctissimi viri hippocratis*, Optime dixit Paulus. Propter Hippocratem, Hippocrates enim fuit finis illi. Vt reciperet perfectum partum nasci septimo mense. itaq; iuris consultus meas partes agit.

Quod autem propter causam finalem denotet, dicit Licentiatas scribens propter sapientiam homines. Nam sapientia illi est finis.

Licentiatas, Quid iuris petierat deijs qui præpositiones ante hac permiscuero.

Verg. Eglo.

Dicite Pierides, non omnia possumus omnes.

8.

Sed quid iuris, deijs quæ apud Cæsareum, & Pontificiũ passim scripta nouitij sciunt de phræniticis, & insanis? Vbi docetur, quod furor sit morbus de quo Plinius, quibus omnibus in mantiam posteriorem reiectis iuriconsultus iam senex explicaturus, confugit ad fabulas, historiasque inanes: renuntiat legibus, affectata medicina in alieno doctus, proprijsque oblitus deprehenditur, consulit vt incumbam medicinæ, alijs sapit, sibi vni non sapit? Vult his insinuare Plinium nō medicũ

Licent. O fas, o fides, vos Philosophi, vos Theologi opem ferte, &c.

Sapientius dixi Plinium Ethnicum fuisse, & sensisse animam mortalem

len

lem esse, & sic non est cur Licent Philosophorum & Theologorum auxilium parum cautè aduersus Plinium imploret.

Licentiatus, Tum quia apud Plinium vsitatissima phrasis est sapientiam pro habitu.

Non aduertit me dixisse, hic? cur abutitur lectoris tēpore, Plinius hic loquitur vt medicus, si dixissem in toto Plinio, haberet locum, qui totum dicit, nihil excludit. His tamen (& si, fero) se versatum in Plinio ostendere vult.

Licentiat. Aduertunt namq; neq; superstitionem hanc à proximioribus super esse.

Erasmus sudantes in Plinio sic exhortatur, (atque si sit mea expositio superstitio vel illius oppositum) sic docet. Verum vt quò cœpi, pergam, quò detestabilior est deprauatorum temeritas, hoc eruditos omnes pro sua quemq; virili maiore religione admouere manū oportet operi restituēdo, & addit pro me, superstitio quidē est, hic nihil audere, quū tā multis hic ausus felicissime cesserit, in Licen. vero & in numeros alios scripsit. Temeritas est ex qualibet leui coniectura ex puncta veterē scriptura nouam inducere, & postea, non leue præmium ostenditur, vel vnus locus restitutus pro merebitur honestam apud studiosos nominis memoriā. Hæc Erasmus sed apud studiosos.

L. Falsū est enim, ac per quā falsū animā naturaliter deprauari posse.

Ego inferā, ergo præternaturaliter, vt accidit à morbo cerebri inflammatione V. G. cerebri tēperamētū disijciēte, quo medio cerebro suas operationes anima recte exercebat, cuius oppositū ex intēperameto accidit, deliryū videlicet, iterū hic Phrenitidē, & Maniā nō esse morbos agnoscit. Et tamē plus nimio sciūt omnes, quid sit morbus, illo excepto.

Lic. Nulla non violata, qua?

Petit à me Licentiatus, vt denuo referam, quæ mutauerit. sapienti verbum sat est, ille vult plura, apud Plinium locus hic circumscribitur iam vulgatissimis verbis. *Atque etiam morbus est aliquis, per sapientiam mori.* Modo tamen attendat de ac que, 2. supra iam dictum est *Morbū* non vult corporeū siquidē nō pertinere ad medicū manifeste, & pro rostris tuetur. 3. pro est verbū, contrahatur, subrogat latinissimus vir, qua venia 4. pro aliquo morbo, nescio, quot, aut quos ariolatur, qui in illo ma

le vertetur, *Per*, mutat in *Propter*, quæ est hæc noua Metham.
Sapientiam, iam *Philosophiam*, (æ si *Philosophia* esset mor-
bus, & mori per illam contingeret) iam vero melancholiã
vult, *Mori vero*, quo nihil est magis notum, aduersum sensum
intellectumque accipit, pro se occidere, vel ab alijs occidi, &
non sunt plures his in loco dictiones, ergo a sufficienti partiũ
eius enumeratione ostendi nullam non violatam dictionem,
Sic soleo similes, & nihil calumniose impono.

Licent. Dixi cuius tractatio, non cuius curatio.

Distinctio futilis, ad suum vsum excogitata, *Historicum* vo-
cãt, & *Historiographũ* Pliniũ miserĩ (proh pudor) appellant,
quod opus in scripserit de naturali *Historia*, quantum signifi-
cet naturalis *Historia* iam dixi, cui si non credunt, quid *Tira-
quelus* reliquerit scriptum, legant (quod & confirmat meam
sententiam, qua teneo esse medicum, de quo infra), ait igitur,
Plinius totius naturæ interpres, qui qualis, quantusque medi-
cus fuerit, satis apparet ex sua ipsius naturali *Historia*.

De Nobilit.
6.31.n.68.

Ecce quomodo ex naturali *Historia* Plinij colligit admodũ
ingeniosus vir medicum maximum Plinium fuisse, recedant,
ergo non medici.

*Licent. Nunquam enim morbum illum incognitum, nunquamque
nominatum pronuntiaui, directoq; melancholiam esse, sed ex nimio sa-
pientie studio cerebrum nimis exsiccati.*

In Paraph.

De quærelis satis multa, cæterum de mori per *sapientiam*, ver-
bum nullum hic recantat manifeste, cum enim melancholiæ
thesaurus ab illo inuentus, in lucem editus fuerit, ob idque
in *Carbones* versus cogitur modo se in morbum innomina-
tum recipere, tanquam in huius maximæ tempestatis ancho-
ram, quam bene, & an maiori cum discrimine, statim videbit.
Sed verissime uoluit, morbum illum esse melancholiam, sic
enim prius ait, *Licent. Quod autem Per, vel Propter sapientiam
& morbus aliquis contrahatur, & mors tandem irreat, Probatum,
euidenter, omnes enim qui litterarum studijs sedulo operam nauant
melancholici fiunt, bilique atra vexantur.* Hæc sunt hominis ver-
ba volentis ne intelligamus Latinam linguam, & rursus ex
Ficini sententia ait. *Is igitur postquam recensuit causas, quibus li-
terati melancholici sint, vel fiant.* Denique legatur tota aucto-
ritas, in qua causæ melancholiam generantes, inueniuntur,
quam

quam & si adduxerit, vel non intelligit, vel negat, seruentur isthæc in posterum.

Licentiatus. Multoties, multique fariam, tum in ea quam Apologiam vocat.

*Axiom phi
lofopbo.*

Vbi sensus fidem præstat, infirmitas est intellectus, rationem quærere. Aristot. teste, quod etiam sentiens Gal. ait, qui igitur evidentibus fidem abrogat, temerarius est. &c. Quid aliud, paucis demptis) Plinius continet, quam medicinam, & ad medicos pertinentiam? profecto fere nihil, primo ostendam medicum fuisse ex ore Licentiati suã vocem ignorantis, dixit enim sic.

*3. de motu
muscul.*

Hoc Plinium proculdubio sensisse mihi intrepide persuadeo, dum animaduerto sententiam hæc pronuntiatam à viro Philosopho omnium scientiarum, artiumque peritissimo. Hæc ille, ego vero, igitur etiam peritissimus medicinæ siue ars, siue scientia sit, est ergo Plinius sententia Licentiati medicus. 2. Auctoritate secunda superius adducti Tiraqueli in Cathalogo medicorum, sic Plinium enumerantis, Plinius simpliciter citatus à Galeno, tum in medicamentis secundum genera lib. 5. quam secundum loca lib. 4, cap. 6, & lib. 7. c. 6. siue sit ille, siue alius. Hactenus, Tiraquel.

In paraph.

*In medicor.
alphabeto.
litt. P. fol.
387.*

lib. 29. c. 1.

3. Ipsius Plinij testimonio per totum, præcipue sic, *Plura de ipsa medendi arte cogunt nos dicere, quamquam non ignarus sim, &c. Et inferius, Ijs ipsis quæ nunc nos tractamus, Et paucis interiectis. Quem nos per genera vsus sui differimus. Hæc Plinius ego dicta non nego, imo Medicissimum (sicut assero.)*

Licent. Sciendum igitur apud antiquos maxime Romanos in numero seruorum medicos fuisse.

Huic opusculo pannis, parergis, obsito, & ex alienis edito hoc decrat miseræ, vt Licentiatus in medicos inueheretur, & in quos medicos? in Romanos, illi tamen certum facio, ea dixisse Galenum in medicos Romanos (quæ si persequi velim) volumen maximum complere possem, quid ex ijs bone vir, aut quorsum? De ijs tamen aliquando nonnulla, sed ad argumentum, Romanorum tempore medici fuerunt in numero seruorum, Plinius equestris ordinis fuit, ergo non professus fuit, quia Suetonius argumentū est nullum, est enim discrimen inter medicum absolute, & simpliciter, & inter medicum pro-

D 3 fessorē,

Exer. 2. fol.
12. p. 2.

fefforem, quemadmodum inter iurisperitum, & aduocatum, nec quisquis est iurisperitus, statim est aduocatus (& de officio aduocati, an liberale sit vertit in dubium Tiraquelus, & resoluit esse, sicut & ars medica est liberalissima) sic similiter, in numeri medici Reges, Pontifices, &c. Non tamen professores, est tamen exemplum intra nos, Romæ inquam, Cornelius Celsus, qui nobilis. & insignissimus medicus, & auctor non tamen professor fuit, si sed Licentiatus amore discendi, non calumniandi meas exercitationes vidisset, negatum Plinium professorem fuisse, sic legisset, *Nonò, quod cum eleganter id tetigit Plinius, cumque medicus professor non fuerit, &c.*

Vna salus victis, nullam sperare salutem.

Licentiatus. Ipsemet Plinius de medicis, & medicina agens, eos congerit probra vt verisimile non sit ipsum medicum fuisse.

Ex Hippoc.
præcep. &
alibi.

Hac assertionem suam dexteram ignorare & sensum negare, ostendit Licentiatus, sequeretur enim imprimis, Hippocratem medicinæ parentem, medicum non fuisse, quia malos medicos maximis est persecutus iniurijs, vt patet passim legentibus, eadem ratione Plinius maledixit, & si taceant docti, & periti alicuius facultatis, & nolentes quali maledicunt idiotis, quia vt Aristotele teste, rectum est index sui, & obliqui, ita & doctus in docti, hæc dixerim, quia tantum ab est, vt congrue loquatur Licentiatus, vt experientia ipsi aduersetur, cum videamus viros profundissimos, & consummatos partim indignis modis irridere ignaros, partim istorum vicem dolere. Attamen Deo volente, de quibus medicis male locutus fuerit Plinius, & quod ex Hippocrate plurima ex obiectis in illos suæ ætatis malos medicos, mutuatus sit, quodque nec Tiraquelus assecutus hoc sit arcanum, immo balantium more multos secutus sit, post hæc ostendam cum c. 1. 29. lib. eiusdem Plinij exponam. 3. decipitur Licen. asserens Plinium maledixisse medicinæ, toties vt referre sit superfluum, laudat, non vero vituperat. 1. loquens de medicina, *Cum sit fructuosior nulla. 2. Ceu vero millia gentium non sine medicis degant, non tamen sine medicina. 3. quid ergo damnatam ab eo rem utilissimam credimus? minime Hercule, subiicit enim qua medicina, &c. 4. non sine ardis ista, sed hominum. 5. & hæc personis imputentur.* Hæc Plinius
lice

Bin de Plin.

licebit ne dicere Licentiatum non intelligere Plinium? Si in tot defectibus passim deprehenditur aut falsa dicere?

Licent. Credat igitur Doctor illum medicum fuisse.

Iam diu ego scio Plinium elegantissimum medicum, scio, & asserui, præstaret Licentiato credidisse ingenuè, ne proteruæ modo conuinceretur.

Licent. Crederem ego si hac nostra tempestate vitam ageret, diuersa de medicis,

Plinius ut constans, veraxque loqueretur, neque enim malos medicos extolleret, bonos vero carperet, videat, quid dicat D. Hieronymus: Nemo reprehendat quod in epistolis aliquos laudamus, aut carpimus, cum in optimis p. ædicandis bonorū ingenia ad virtutē exercitentur, & in malis reprehēdis correctio cæterorum sit, idem est mundus nunc,

Lib. Epist.

Licent. Apud Romanos, mos ille fuit, nostro tamen equestris ordinis.

Vt iterum mordicet, primo blanditur, quid arti medicæ cum Roma' medicina Græciæ & Græcis inuenta, culta, & perfecta est, homines adijs oriundi illam exercuere, cautum erat legibus, ne serui possent hanc artem profiteri, quidquid autē Licentia hic aduletur, eius laudibus, & ludibrijs pro nihilo habitis, quamuis candidi nobilesque multi sint medici, minores multo suam Græcis illis e familia Heraclidarum oriundis. Nec hac in re, à mihi dilectissimis socijs me multo magis gnaris omnem in hoc veritatem astruere, veniam petere est æquum.

In vita Hippo. & Plin.

Tiraquelo restituta cura.

Cæterum quamuis sint verba Tiraqueli de antiquitate Romanorum, non prættetmittendam occasionem existimo, nō nulla obiter obuia sane attingendi, ex quibus toties, & tanto pere iactatam eruditionem à nostro Licentiato lector inuestigare, si non concipere queat.

Sciendum est imo nil magis cognitū Romanos Græcis collatos eā habere proportionē vel antiquitatem (si ita liceat dicere) quam nepotes auis, parū dico, dicāt vicini, cōterminique Sabini, qui ipsos advenas cōtēnebant, de quibus postea, Licē. poetarum cultor oblitus est illius, qui profugum A Eneam & à Græcis dirutam, & vastatam Troiam, sic cecinit.

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena

Carmen 1. Æneid.

Carmen, & egressus syluis, vicina coegi
 Ut quamuis auido parerent arua colono.
 Gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis
 Arma, virumque cano Troiæ, qui primus ab oris
 Italiam fato profugus, Lauinaque venit
 Littora, multum ille terris iactatus & alto.

En Troiam á Græcis deuastatam, & postea iter AENEÆ in
 Italiam de quo idem Diuinus Poeta.

Ibidem.

Per varios casus per tot discrimina rerum
 Tendimus in Latium, sedes vbi fata quietis.
 Ostendunt,

Et idem.

At pater AENEAS Romanæ stirpis Origo.

*D. Isido. in
 Chrono.
 In oratio. li.
 Episto. vlti.*

Nec enim fabula est, sed re vera ita accidisse testantur Hysto-
 riographi omnes, sicque legimus in nostris voluminibus, dicē-
 te Thessalo Hippocratis genito, Non enim fabula sunt res ad
 Troiam gestæ, sed facta in quibus Cos cum insulis suis non
 minima, sed maxima ad ferendū auxiliū existit, sic vero AES-
 culapij filij non arte solum, sed etiam armis Græcis auxiliū
 tulerunt Machaon quidem animam in Troade de posuit,
 &c. Hæc sit antiquitas Romanorum cum Græcis artis Appo-
 llineæ conditoribus, professoribusque, quod verò Sabini illos
 parui fecerint, dicat idem, qui Romanorum omnia in cælum
 vsque euexit, quando videlicet arma quæ in vxoris gratiam
 Vulcanus maximis præfagijs AENEÆ faberrime cœlata conf-
 truxit. (supposito, tamen illo interstitio Albæ longæ.)

8. AENEID.

Nec procul hinc Romam, & raptas sine more Sabinas
 Confessu caueæ magnis Circensibus actis
 Addiderat, subitoque nouum in surgere bellum
 Romulidis, Tatiusque seni, Curibusque seueris.
 Post iidem inter se posito certamine reges
 Armati Iouis ante aras paterasque tenentes
 Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca,
 Hæc qualitas olim Romæ incipientis. De lucri vero studio,
 & tenuita-

& tenuitate Populi Romani incipientis, sic pulchrè Nefo his
carminibus.

Vix ego Saturno quemquam regnante videbam,
Cuius non animo dulcia lucra forent.
Tempore creuit amor, qui nunc est summus habendi,
Vix vltra quo iam progrediatur habet.
Pluris opes nunc sunt, quam prisci temporis annis,
Dum populus pauper, dum noua Roma fuit.
Dum casa Martigenam capiebat parua Quirinum,
Et dabat exiguum fluminis vlna torum.
Iuppiter angusta vix totus stabat in æde,
Inque Iouis dextra fictile fulmen erat.
Frondebis ornabant, quæ nunc Capitolia gemmis,
Pascebatque suas ipse Senator oues,
Nec pudor in stipula placidam cœpisse quietem,
Nec scœnum capiti supposuisse, fuit.
Iura dabat populis posito modo prætor aratro,
Et leuis argenti lamina, crimen erat.
At postquam fortuna loci caput extulit huic,
Et tetigit summo vertice Roma deos:
Creuerunt opes, & opum furiosa cupido:
Et cum possideant plurima: plura petunt.
Quærere vt absument, absumpta requirere certant,
At ipsæ vitijs sunt alimenta vices.
Sic, quibus intumuit suffusa venter ab vnda,
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Quæ nullo modo potuit comparari pagus quippe erat cum
vniuersi orbis florentissima Græcia, de qua ipsemet Plinius
sic testatur. *Hæ fuere sententiæ Alexandro magno regente, cum Lib. 18. cap. 7.*
clarissima fuit Græcia, atque in toto terrarum orbe potentissima. Sed
non possum me continere (vt fastus Romanorum reprimam
& obiectioni satisfaciam) Quin prælibem, quod nisi Græcia
præfuisset, nec audiretur, nec legeretur quid elegans, pul-
chrum ve Romæ, quam litteræ permanentes é Græcia æternâ
diuitemque reddiderunt. Idque breui, nec ex alijs quam ex
Romæ alumnijs, testibusque.

E Imprimis

Imprimis consulamus veritatum (etiam in semetipsum) maxime amatorem Horatium de nominibus loquentem.

*In Arte.
Poetica.*

Et noua fictaq; nuper habebunt verba fidem, si
Græco fonte cadant parcé detorta.

De re vero, & de materia (vt dicitur) scribendo apta, idoneaq; inuenienda.

Scribendi recte sapere est, & principium, & fons.
Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ.

Quæ confirmans, Romanorum puerorum studia, & inclinationes, educationemq;, & Græcorum in examen vocans, in hæc maxime perpendenda verba prorumpit Idem.

*In Arte.
Poetica.*

Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Musa loqui, præter laudem nullius auaris.
Romani pueri longis rationibus assem
Discunt in partes centum diducere, dicat
Filius Albini, si de quincun ce remota est.
Vnciâ: quid superat, poterat, dixisse triens, eum.
Rem poteris seruare tuam.

Lambinus.

Confert hos (inquit Commentator) cum Græcis, aitq; hos nulli rei studere. præter quam laudi; illos autem omne studium suum statim a puerili ætate in quæstu, & re augenda collocare, quod cum ita sit non mirum, si poetæ præstantes non euadant, immo mittuntur in ludum numerandi, & ratiocinandi, ubi discunt, artes ad quæstum comparatas; quin & Horatius idem in Romanum morem, suiq; parentis in illo educando solertiam sic cecinit. doctissimè.

Lib. 1. Satyra. 6.

Vt me collaudem, si uiuo, & charus amicis.
Causa fuit pater his, qui macro pauper agello.
Nolluit in Flauii ludum me mittere, magni.
Quò pueri magnis e Centurionibus orti.
Læuo suspensi loculos, tabulamq; lacerto:

Ibant,

Ibant, Othonis referentes idibus æra.

Ociues, ciues quærenda pecunia primum est.

Virtus post nummos.

*Idem. 1.
Epist. Ad
Mecen.*

Post quam vero cultus accessit, cortexq; reiectus, consuetudine librorum assidua, illuxere Cicerones, quorum prior ad filium Athenis degentem, de sequendis auctoribus sic scripsit. Ut ipse ad meam utilitatem semper cum Græcis latina coniunxi, neq; id in philosophia solum, sed etiam in dicendi exercitatione feci; iddem tibi censeo faciendum, ut par sis in utriusq; orationis facultate.

1. offi. 1.

Secundus Cicero, Romanusq; præceptor de græcis non aliter, Atq; in hac tamen opinione perseverantes græcos magis tulerim, latina facundia ut inuentione, dispositione, consilio cæterisq; huius generis artibus similis græcæ, ac prorsus discipula eius videtur, ita circa rationem eloquendi vix habere imitationis locum, quæ vero senserit de Cicerone hic eloquentissimus vir, pariterq; de græcis, quos M. T. fuerit imitatus, hæc sunt. Nam mihi videtur M. T. Cum se totum ad imitationem Græcorum contulisset, effinxisse vim demosthenis, copiam Platonis, locunditatem Isocratis.

*Quintil. lib.
12. in dicitur.
c. 10.*

Iulius Cæsar scaliger conferens latinos cum Græcis, illorum furta in nostram utilitatem sic notat imprimis de Horatio, per hæc verba Ipse enim qui servum pecus imitatores appellavit, in ijs pedem locis posuit, e quibus vestigia sustulerat Lucilius, additq; epistolas quoq; græcorum more Phocyllidæ, atq; Theognidis scripsit, & mox si Græcorum lyrica extarent, futurum, ut quamplurima illius furta deprehenderentur, nam ex Pindaro, &c.

Ididem.

Lib. 5. c. 11

De Vergilio, & Homero. Si enim Homerus non præfuisset hunc Roma non habuisset, Homeri ingenium, ars eiusmodi, ut eam potius inuenisse, quam excoluisse videatur, & statim, Vergilius vero artem ab eo, &c. ubi similiter a Pindaro, & ab innumeris Græcis de sumplisse Vergilium demonstrat.

Ouidij sic reminiscitur. Huius ingenium multis alijs maius visum, quam ut quidquam de Græcis mutuaretur, cum tamen ille transmutationum libros e Græcorum fabulis cōtexuerit.

Afer Terentius, Romæ Vicinus e Menandro de sumpsit, atq;

Nullum esse dictum, quin prius fuerit dictum testatus addidit.

Quare æquum est vos cognoscere, atque ignoscere
Quæ veteres factitarunt, si faciant novi.

Idsi. i. Etbl. 6. Quid plura Carmētis Nīpha prima Latinas litteras Italīs tradidit, ex quibus omnibus constat nullo modo Romanos æquiparandos cum Græcis, nec antiquos, sed nouitios illorum respectu appellandos, iterum ad Licent.

Licent. Infert Doctor, ut sæpe solet.

Oratio. suas. ser. art. c. 6.

Ut conclusus Licent. respondet, optime dixit auctor ille, factitur enim facile quisque, qui rem deliberandam non præmeditatus, suscipit, sed ad rem, *Si mori propter sapientiam Licentiato, est acquirere melancholiam, ac ex illa mori.* Tunc insto ego, ergo ex melancholia quacumque causa genita, probo sequellam, quia quacumque causa homines ad illum terminum, eundemque ducantur, cumque nullum possit assignari discrimen, argumentum concludit. Quid ad alia respondet? Nihil.

Licet. Sed & altera illatio de senibus.

Serò venit, & cito se expediuit à dubio, proprius dixisset, Græcum est, nec potest legi.

Licent. Non exposuit per sapientiam, sed per delirium.

Moriuntur per sapientiam ex Mania, & delirio, sapientia est subiectum, reliqua accidentia, & subiectata.

Licent. Item, aliud est mori sapientiam, aliud ægrotari.

Interim faciamus bonam facinam, non enim est ægrotari, cum sit neutrum ægroto, as &, qui carpit mores, labe carere debet. Tolerari potest Licent. dum mea scripta ut pote medica non intelligit, ridendus verò, dū (quæ nō didiscit,) impugnare intendit.

Licen. Mors vero est priuatio, aqua ad habitum nō datur regressus.

Non mors, sed apud Plinium, *Meque est, per sapientiam mori, Id est, quantum ad intellectus exercitium, in phrenitico per aliquot terminatorum dierum spatiū in ijs qui per interualla (videlicet) ut nomen sonat, in Maniacis vero frequenter per totius vitæ curriculum, nec ibi est priuatio, (secundo,*

Gal. i. de fa cult. nat. c. 2.

enim errat) sed deprauatio à medicis appellata, quæ cum actio sit, & proinde in motu, ægrotans, in illam medi-

is

is auxilijs medicis, datur regressus: Actio est motus e-
ius.

Licent. Exempla que attuli, in gratiam alterius explanationis fuerunt.

Falsum se dicere scit, & lector videt pallinodiam, ante doctrinam, qua se tueri vult, peginamque. Archimedes à milite occiditur, Et Plinius antea sibi mortem parauit, à calore, cinereque suffocatus, nullum igitur inter mori, occidi, & se occidere discrimen inuenit. Ego vero omnia.

Licent. Dubitatio an alius ante eum auctores à quibus desumpsit, falsa allegauerit.

Decipitur sicuti in reliquis omnibus, in quibus nec verbum quidem homine studioso dignum inuenio, ad rem tamen, laudavi Plinij compendiosum elenchum, credens illum talis inuenti fuisse auctorem, & re bene inspecta potui dicere, quod ex Plinio elicere potui sentiente, Soranum Græcum auctorem ante illum fecisse, primus igitur inter Latinos Plinius, tandem, & si alij allegent, allegerintque, proinde allegantes non laudandi sicuti subicientes vituperandi? si non huic probationi sufficit *Plinius ingenuum esse, &c.* Ommittamus alios obuios adducamus, Diuus Basilus. Neque vero ad discendum verendum esse oportet, ned ad docendum malignum, quod ab alio tute didiceris, nequaquã elã habēdi, cuiusmodi facere improbae mulieres solēt, quæ ex alijs quæsitos liberos viris suis tollēdos subijciūt, patrē emētiētes, auctore vero ipsum prodere grata cōmemoratione decet, verūq; ipsius scientiæ parente.

Ad præfationis calcem.

In præfat. In epist. ad Sanctū Gre. Theolog.

Licen. Nomen professoris absolute sumptum, sæpius inculcatum.

Prædicat se stilo Laconico delectari, vel nescit quis sit Laconicus stilus, vel oblitus est, nec enim hic est verbum, quod non sæpius repetierit, velut nomen professoris, & qui si perpendisset illum candidatum in iure pontificio, & iuris consultum, & peritum non raro appellasse me, atque intellexisset (vt dicit solet) iuxta subiectam materiam, has naxias non obiecisset, sed quid dicat, non habet, nunquam æque quisquam ridiculus est, ac cum esurit.

Lic. Quos ego mortuos aggrego.

Vbique totum se fugæ dat, frustra tamen modo ait, modo negat, supposita sua paraphrasi, vbi licet legere cuiuscumq; ipsam

E 3 in

1. Epist. de
institut. ad
luci l. 2.

interrogo, omnes illiquos in exemplum adducit, à se vel ab alijs occisos, mortui sunt morbo vel non? si primum, plures vno morbos adduxit, cum tamen Plinium scribentem de aliquo interpretamur si, secundum? Plinium torquet tantum, de morbis, atq; de mori per sapientie morbum, verba facientem.

Licent. Ego quam didici logicam, obliuioni mandavi.

Ignoscat peregrinus, quando effectus suæ peregrinationis incæpit, si Seneca profequatur sic, titulo de mutatione locorum vitanda. Ex his quæ mihi scribis, ex his quæ audio, bonam spem de te concipio, non discurre, nec locorum mutationibus inquietaris, ægri animi est iactatio ista, primum argumentum compositæ mentis esse existimo, posse consistere, & secum morari, & mox, nusquam est, qui vbiq; est, in peregrinatione vitam agentibus hoc euenit, vt multa habeant hospitia, tandemq; non conualescet planta, quæ sæpius transferatur.

Quod si Licentiatus peregrinus replicet, dicatq; Platonem. D. Hieronimum, aliosq; orbem peragraffe, respondeo, illos viros prouectos, maturosq; peregrinasse, quidem, cum vt cotam doctrinam distribuerent, impertirenturq; tum vero (vt accidit in oppipara mensa saturis) orbem lustrarunt, vt, quæ in alijs regionibus scitu digna essent, prælibarent, degustarent ve, atqui, quo tempore a magistro in via constituti, vt litteris indulgeant, peregre abeunt, ij sunt quos præter Senecam, ratio etiam condemnat.

Licentiat. Superbe dictum, incongrueq;

Immo Omnium studiosorum vsq; ad nostra tempora arroganti, in congrueq; intelligenti respulsum, quis enim gentium vnquam usus est asserere Plinium non esse obscurissimū? tantum abfuit vt clarissimum assereret, atq; typis mandaret.

Licent. Illum redditum a quo regitur mihi: à quo? ame potius, solacisimo non caret.

Mihi redditum dixi, mihiq; elaboratum, non enim (vt est in prouerbio) omnibus vigilo, mihi inquam redditum, ame tamen, quod si ipse assecutus esset, supleret, facit tamen ne intelligendo, vt nihil intelligat.

Licent. Fac vt experiamur elegantiozem te esse in medendo, quam in dicendo.

Quam

Quam extra propositum, gelidaq; sit obiectio, Lector videbit, illi tamen ego, fac ut experiamur te non tam obtusum in Caluisij lepore obijciendo, quam in Martialis lepore dignoscendo (me docente) hebetem, Caluisius medico Oratori, quorsum explanatori? & in gratitudinem exprobandi? est igitur ultra rem, cui iterum dicendum, de cetero curet, ne se Lectori in interpretando Oratorem, & orando, seu plorando interpretem esse Plinij persuadere studeat. Sed nulli tacuisse nocuit, nocet esse locutum.

Licent. Quam medellam bucusq; nulli notam morbi alicuius populariter grassantix.

His sannis parum sanis totius orbis celeberrimos viros velleat, (quorum vestigijs insisto) & Aleiatum, qui animi gratia operam impendent (ut nunquam non studeant) ijs, alijsq; rebus ad eruditos tantum spectantibus. Ad rem tamen, grassabatur morbus animi, ignorantia videlicet, qua multorum animi laborabant, quibus medicatus sum, quod quamuis verum sit, eò proteruia Licentiati peruenit, ut diligentem medici artem contemnat.

Licent. Offudit tenebras pœna potius.

Nec hoc silentij nube inuoluam sane si reddat conceptus, loquendiq; formulas, quas parum mutatas traftullit ex elegantissimo D. Laurentio Ramirez de Prado, Cornicula ut dictum est, explumis remanebit, atq; excarnis.

Licentiatus, tertia iam expositio Doctissimi atq; elegantissimi D. Laurentij, Ramirez de Prado, contra illam scribat.

Ne quid intentatum sceleris, doliue fuisset.

Ausus est hæc scribere: Immo illa elegans iuris peritissimi viri expositio Licentiati ignaui tam detegit, somnumq; profundum describit, qua postquam mecum in omnibus fere conueniat D. Laurentius quæ longum esset recensere, scripsit pro me, *Homo moritur, per sapientiam*, quorum verborum sensus planus est, est aliquis morbus, qui vere morbus dici potest, quando in homine moritur sapientia Id est deficit vsq; ad extremum vitæ Circa spiritum: ita ut quo ad rationis usum nihil intersit inter maniacum pientiam, & cadauer quoddam. Quemadmodum enim dicimus hominem, quæ
expirat,

expirat. mortuum omnino esse omnes facultates animales, & natura-
 les, & per omnes sensus: sic maniacos dicimus mortuos esse, per sapiē-
 tiam, nam siue actio illa abolita sit, si diminuta, siue deprauata,
 dum lesio perpetua sit ad finem vsque, eleganter mors dici po-
 test. Hactenus ille, cur igitur sint, qui dicere non erubescant
 eruditissimi viri expositionem non confirmasse meam? & quod
 aduersus illam scribam? ad pensum iterum, confundit pœni-
 tus D. Laurentius de Prado nostrum Licentiatum, primo qui-
 dem sic pergens. Hanc autem sapientiæ mortem vere appellat Pli-
 nius morbum, est enim verus morbus, & corporeus, licet vsq; ad an-
 mum perueniat, eumq; vitiet, vt inquit Iuriconsultus de phrenitico
 in. l. 1. parag. apud Viuianū 1X. & l. ob quæ. 1V. parag. 1 ff. de AEdi-
 dilit. edict. non quod corporeum quid possit natura animum attingere,
 sed quod animi impediatur actiones. Eadem ratione morbum ap-
 pellat Iuriconsultus furorem, in. l. Diuus. XII. de officio Præs. &
 Vlpian. in. l. si cum dotem. XXII. Parag. si maritus. ff. soluto matri.
 Neque est, Quod in re adeo manifesta Immoremur, quum hæc me-
 dicorum filijs vulgarissima sint, &c. Aduersus Licentiatum, qui
 mihi ansam obiecit, vt hæc denuo illi redderem. 2. Conuincit
 elegantissimus Dominus Laurentius Ramirez de Prado nos-
 trum iurisprofessorem, dum per transenam illas attingens, sæ-
 pius res medicas suis fabris relinquat, innititur vero eius expo-
 sitioni legibus at noster Licentiatum e Diametro illi opponitur,
 (ac ex consequenti, veritati) dum editis duobus opusculis, in
 illocum nullo iurisponticij meminit, meminit tamen dicens
 se candidatum esse in iure pontificio, de re vero, ac si non esset
 candidatus, ne quid multo minus dicam, & quod peius se me-
 dicum ostendit, philosophum, logicum, hominem denique v-
 niuersalem, an non simillima est expositio illius expositioni
 Domini Laurentij? Quis neget A Eneam, &c.

Aduersus illam scribam? quam (testor omnem veritatem)
 me deliberasse Hispalensi prælo dare, quod præstitissem, nisi
 breuissimè illam expositionem per totam Hispaniam læctam,
 acceptissimamque fuisse, sciuissem, confirmauit meam antequam
 vidisset prælo, læctam vero manu, vt poeta cecinit.

Agnosco charam manum, gemmamq; fidelem.
 Nam in Epistola doctissimo viro Hispalensi medico scripta,
 hæc

hæc leguntur Hispano sermone. *El papel del doct̃or Luna, ereolo, es bonissimo y muy agudo, &c.* Itaq; & scriptis, & subscriptione meum laborem approbat, quorsum aduersus eum scribã? sed & si scripsissem, adeò ingeniosus natura, arte vero dexter, & litterarijs palæstris assuetus, vt non modo non lachrimaretur (vt Licentiatus) sed gauderet, quod ex eadem epistola colligo facile, ait enim. *Porque los que sacan sus pensamientos a luz, no tienen sino abroquelarse.* (Hæc veritatis patronus, adolescens, per quam venerandus, prodigium Hispanicum, eruditor Antesignanus, nobilibus, diuitibusque exemplum.

Licent. Viuat sibi, disputet, legat, sinat nos viuere,

Non solum nobis natos viri sapientes testantur lumine naturali solum illustrati, at ex nostra fide inter opera misericordiae *Plato. Cicerone.* ignorantem docere profitemur. *roque.*

Licent. Quo auctore ausus est homo Doct̃or hæc scribere.

Quo salamo, & mente ausus est Licent. hæc depingere? qui adeò succēssit Diuo Hieron. (quia meum patronum fateor) vt ei fidem sæpe numero hic subtraxerit, nonne fides adhibenda. Diuo Hierony. Licētiatē? si cui doct̃or? immo cui tanta? aut quis poterit cum Diuo Hierony. in omni scientia, eruditione que cōferri? Ad pensum tamen, ex hac obiectione Licentiatiū mentis, seu iudicij deprauatione, & memoriæ abolitione laborare, cæcus potest iudicare, primum quidem, quoniam pro Themistocle, vno e septem Græciæ sapientibus, ducē Themistoclem intellexit, obiecitque mihi, seu meo D. Hieronymo an vnū pro alio intelligere, non est deprauatē intelligere? ac pro inde mentis deprauatio? secundum magis primo innotescit, (si magis primo quid esse potest notum) ex meis vigilijs, in quarum illa ego memini Ducis Themistoclis, & fuisse tum fallus, hæc scribens. *Eadem emulatio fuit, vt Themistocles conspecti. Militiadis trophæi abduceretur ab intemperantia, & euaderet in magnam ducem.* Quæ cum ita se habeāt, quid mirum sicum Ludouico Viues dicam? quid malum est Carosis hæc? His & similibus exclamat Historijs ad brauium Licentia. Historio iactans, videat igitur Plinium Homonimiam sic decidentem, duosque (vt ita dicam) Themistocles distinguentem, *Mirumque est (inquit) illos patres Socrati cunctis ab eodem Deo sapientiæ prælato Pitagoram prætulisse, aut tot alijs virtute Alcibiadem, aut quenquã*

*Nostra. 2.
exercit. fol.
11. p. 2.*

F *vtique.*

utraque Themistocli. Hactenus Plinius, ego vero, en auctores Licentiate, quibus homo doctor potuit audere hæc scribere, hæc & hic est historiae fides, & sic qui didicit logicè pro fabulosis, falsisque, ac infabulosus, falsosque vera tradidit.

Non cuiusvis homini contingit adire Corinthum.

Licent. Amarius ne, aut in concinnius aliquid dixi ne ego ab studio.

In paraph.

Prius sane deficiat dies si omnia reprehendam, antea dixerat Poetas sub in volucris fabularum utilia docuisse, modo vero ut satis extra chorum de Cygni cattu agat, *Nimis poeticum, nugatoriumque dicit,* & quid ad Rhombum? quia nunquam fuit animus alieno labore vivere, sed meo. Antequam ad Licent. argumentationum deueniam operæ pretium erit, hic duo supposuisse, primum, quod si velle patronos, testimoniaque dulcedinis catus Cygnei transcribere, librum magnum efficerem nec mirum, si aliqui dubitent. Secundum ex sententia multorum etiam præcipue ex auctoritate Volaterani dicentis allegorice Cygno sapientem assimilari, his verbis, *Cygnus itaque allegorice animæ probi viri comparari potest, qui lætus mortem obiit, hæc ille, at sapientes esse bonos, nemo nescit.* Argumentum tamen Licentiate est hoc, Themistocles dux mortem sibi conscivit sexagesimo quinto anno, & auctoritate nautarum apud Lucianum ebriorum Cygni mortis proximi sonorum non concinnunt, ergo quid, quid ergo, quid igitur iam? ergo, viri sapientes non sunt longævi, hæc & similia sunt argumenta nuper elaborata in sua officina,

Gesnerius.

Ut autem videat, nihil non falsum extra rem, diffusumque attulisse, Diui Hieronymi affectu, amoreque, hæc iterum euoluam quo sic illius conclusio luce meridiana clarior reddatur, quod ut præstare possim, notiora proponam, videlicet duo esse (sicut & artium omnium) ita cuiusvis inuentionis instrumenta rationem videlicet, & experientiam, quarum utraque sapientes homines longæuos esse, siue (ut Licentiate verbis utar) non propter sapientiam moti, demonstrat.

Nam ut ratione incipiam, cum non sit quidquam in ijs, quæ ad vitæ custodiam attinent, quod æquè ac temperantia cõducat, & ipsi (ut melius dicam) non sit postponendum (si vere plures gula, quam gladius

gladius iugelet) viri autem litterarum studiosi, ac periti (alias nec tales essent) temperantes sint, hinc necessario, atque ex ipsius rei natura longævam vitam sapientes consecuturos, rationique congruere elicio.

Alterum validissimum etiam experientia pro mei Diui Hieronymi auctoritate dimicat, Hispali, aut Romæ inspiciuntur ciues, attendatur sæcularium status, e quibus segregentur Medici, Iurispetiti, sapientes denique sæculares, considerentur bene religiosorum cœnobia, tunc ad sensum patebit, in hac populosissima ciuitate inter sæculares simpliciter siue nobiles, siue plebeios, vix vnum, aut alterum senem esse, decrepitum nullum, (quod non modo, sed ateneris annis Hispali perpẽdere soleo, cum fama perhibeat hoc cœlum senibus esse cõgruentissimũ) et inter sæculares studiosos, multos esse senes, inter religiosos vero plurimos grandæuos, an quia inter sapiẽtes sunt sapiẽtiores? & in vno quoq; angulo decrepitos nõ paucos reperire datur, quæ cum ita sint est euidens conclusio, Sapientes viros esse longævos, & nimis materialiter explicatum Plin. à Licent. opositum volente scilicet, *Homines propter sapientiam mori.*

Repercutiã, ante quam receptui canam vnũ tantũ, quod aliqui pusillanimes, ignauique obijciunt, cum ipsis desit reprehendi, scribendique obiectum, ne nihil videantur dicere me contentionum auidum, contradicentemque appellant, quos præterquam quod iure optimo cõrradictores appellare licet, quia veritati opponuntur, (pro qua ego laboro) & ob id contẽtiosos, sic iudicat bonus senex, vnusquisque enim ex his, quæ ipse non habet iudicat id quod in alio abundat, superfluum esse, sic sane etiam timidus fortitudinem, immodestiam putat, & avarus magnanimitatem. Hæc Hip. optime, &c.

*Liber Epis.
Epis. Dionis*

Optime autem vt eruditissimus est, soletque Galenus. Ac laudare quidem par est tum eos, qui explanarunt, quæ recte sunt dicta. tum vero qui si quid omissum est, supplerunt, non enim fieri potest vt idem incipiat, ac perficiat, contra culpate & eos qui ita sunt delicati, vt nihil discere eorum, quæ dicta sunt commode, sustineant, & qui adeo sunt ambitiosi vt studio nouorum dogmatum semper aliquid astute texant, & cagillentur.

Lector nostrorum sermouum Candidi Iudex.

Vidisti me nec apicem imposuisse Licentiato, nec verbum ali-
quod dissonū ipsi dixisse, sint iunumeræ Deo gratiæ, semper ve-
ritatem colui, huiusque tutandæ gratia, respondi.

Hoc mihi natura, hoc pia lingua dedit.

Interrogabis quid nouæ fœturæ cum morbo sapientiæ? & rec-
te sanè nosti, æqualis esse virtutis seruare, quod labore aliquo
sis Lucratus, sic sentiente Pòeta Nasone.

*In Arte vel
remedio am*

Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri,

Idque in opusculis (quæ filiorum animi nomen sibi arrogarūt)
eminentem habet locum, quæ autem fera est, quæ se potius,
quam filios suos occidi, non patiatur? Omnes libri suos Ho-
meromasticas habent, quos si spernas, quamtumuis Aquila sis,
Scarabæus lædet, de quo Alciatus, sic à minimis quoque timē-
dum exhortatur.

Fol. 197.

Bella gerit Scarabæus, & hostem prouocat vltro,
Robore & inferior, consilio superat,
Nam plumis Aquilæ clam se neque cognitus abdit,
Hostilem vt nidum summa per astra petat.
Ouaque confodiens, prohibet spem crescere prolis:
Hocque modo illatum dedecus vltus abit.

Præter conseruationem, sunt etiam nonnulla Hippocratis tes-
timonia, ita vocem, & rem sapientiæ significantia, (à quo Pli-
nius in Hippocrate versatissimus desumpsit) vt illorum gratia
noua posset excussio edi. Pro hac tamen veritate denuo stabi-
lienda, non medicorum causa, sed professorum aliorum anno-
tare prius oportet, Maximum illum Philosophum Democritū
Abderitam, eo ipso quod semper rideret, à conciuibus suis in-
sanum iudicatum, adeò antiquum est prouerbium, per risum
multum posse cognosci stultum, ac proinde misso Amelastago-
ra ciue Senatus, populusque Abderitarum Hippocrati scripsit,
(vt late eodem loco videri licet) quibus literis certiozem fa-
ciebant illorum virum, quem & presenti tempore & futuro glo-
riam.

*Lib. epistol.
epist. Senat.*

riam vr̄bis sperabant, in periculo versari, ex illius amissione
 pessundatam vr̄bem iudicabant, pecunias pollicentur, addunt
 que arte, & genere ipsi coniunctum Hippocrati, testanturque,
 ad cuius epistolæ calcem remedia afferat, sic exposcunt. *Ad
 sis Pæonias aiferens morbi medellas, nune terra radicibus, & herbis,
 & auxiliariis floribus, insanieque medicamentis fœcunda est.* Hæc
 & alia verba Abderitarum Hippocrati, ex quibus constat illos
 credidisse Democritum suum vere insanisse, Abderitis respō
 dit, non decem Talentorum promissorum gratia Democritū
 inuisurum, *Si enim propter prætium non ad illos proficisceretur, Sed
 ad magnum Regem Parsarum, vbi totæ ciuitatis humanis opi
 bus refertæ illi obtigissent, & multis per epistolas, vltro, citroq;
 habitis, Damageto cuidam (ac si cum Democrito loqueretur)
 dicit sic, visum salutaturum ægrotum. At si, dum ægrotant, ri
 des: dum moriuntur, gaudes, & si quid malivides, exbilararis, pessi
 mus es o Democrite, & procul sane à sapientia, Hactenus Hippo
 crates, quæ liceat, ob quosdam, in sermonem nostrum verte
 re. Sic: Pero si quando estan enfermos (conuiene saber tu madre, tu
 padre, de que trato antes) ries: y si muriendose, te huelgas, y si viendo
 algun mal te alegras, malissimo estas o Democrito, y lexos ciertamen
 ta de juyzio, o de cordura.* Ac si dixisset mēte motus es. Quid cla
 rius? & addit pauca (quibus differentiam morbi, & ægritudi
 nis sapientiæ interstinguit, seque ipsummet explicat) *Si vero
 putas hæc ipsa neque mala esse. Certè atra bile percitus es Democrite.
 Hæc Hippocrates, ac si dixisset Mania, seu insania laboras.
 Ex quibus manifeste colligo (quod suspicatus typis mandaue
 ram Maniã, delyriūq; dici sapientiæ affectus à Plinio) vtrūq;
 enim intellexit Hippo. si enim Maniã solã. l. delyriū innuisset,
 satis superq; illa erāt, *procul es à sapientia.* Nunc vero cū dixe
 rit *Certe atra bile percitus es.* Denotat (meo iudicio) aliquē pro
 cul posse esse à sapiētia, quia à flava percitus sit bile (si antea
 Democritū atra percitū notabat,) illūq; & phreniticū, & dely
 rātē appellari, vnde ad Hip. mentē, sapiētiã esse iudicium, &
 Maniã, delyriūq; sapiētiæ, siue iudicij intellectus ve affectus
 elicio. 2. Probo eiusdē auctoritate, Crateuæ radicifecæ, seu
 herbolario insigni scribētis, vt herbas colligeret pro tātū viri
 curatione, cōcluditq; sic. *Stabiliores autē sunt purgationes per
 Veratū, quibus etiã Melāpus in Præti filiabus, & Anticyreus in Her**

eodem loco.

Episto. His
tanis.Eodem Epis
to. Damoge.

Ep. ad Crat.

eule vfi esse narrantur. Minime uerò vtemur nos vlllo aliquo, ex his, sed contigerit (opto) illi sapientia efficacissimorum ac medicatissimorum pharmacorum finis hæc. Hippo. nostro sermone, Desses Democrito aya estado en su iuyzio, el qual juyzio se tiene por fin, y blanco en las purgas de mas efficacia, y mas medicinales. Nonne hic manifestissimè sapientia mentem sanam significat, vel erit, qui Philosophiam hic nomine sapientiæ denotari asserat? nã si sit, his se inconuenientibus exponit, vult Philosophiam esse purgantium medicamentorum finem, quod est valde absurdum, & Philosophiam esse purgandum, quo quid potest esse magis ridiculum? Iam vero quod dicat, Contigerit Democrito sapientia, Ante istam contingentiam, non fuisse sapientem Democritum sed casu, quo quid est magis falsum? ac si cuiquam contigisse sapientiam, monumentis datum sit, quemadmodum de poetâ poeta alter.

Persius.

Nec fonte labra proluï Caballino
Nec in bicipite somniasse Parnaso
Memini, vt sic repente poeta prodirem;

Horat. in ar
te.

Immo contra potius maximo, assiduoq; labore, quod illis Carminibus Horatium cecinisse de scientijs, non dissentit à re ipsa.

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer, sudauit, & alit,
Abstinit venere & vino.

Lib. Epistol
Hip.

Hæc & alia secuntur inconuenientia, quæ sicut alia Hippocratis testimonia, sciens prætereo, vnico ipsius non insani Democriti adducto loco, qui in Dialogo, cum eodem Hippocrate habito, suos ciues notans, sit ait, Quin & valde timeo, neque medicinam tuam ipsis valde placere, nam præ intemperantia omnia ipsis displicent, & insaniam sapientiam appellant. Hæc Democritus. Que en el ar romance dize, que los Abderitas a la locura llamã cor dura. Quid vero hic ostentauerit Licentiatus, & si non dicam ex his lucet, prætet tot tamque immedicales & innumerabiles errores, quendam pro Colophone addidisse ostendã, si mihi detur quædam prius in memoriã reuocare, iam antea notata. Licentiatus principio docuerat morbum Plinij nõ attinere ad medicum, & esse occultum, cito oblitus, conatusq; auctorum testimonijs multis probare esse melancholiã, circa hanc contradictionem à me ictus, quid ageret, quo ve seuerteret. igo nõ ac se visco tenaciori alligãs, quæ referã scripsit. Sic nõ satisfuit

Doctori

Doctore, quæ scripsi velut errores perstringere. sed quæ non dixi, commentari, nunquam enim morbum illum incognitum, nunquamq; nominatû pronuntiaui, directoq; melancholiã esse. Hæc ille, quibus errorè priori peiorè deplorâdus edidit, dicens. Se locutû, seu scripsisse de duplici morbo, alio nominato videlicet melancholia, altero innominato, incognitoque. O egregium Plinij expositorè bone Deus quæ lego, qualis est ista capitis vertigo? morbus innominatus? credo nec nominaudum, quia nec conceptus, nec cõcipiendus, nec scriptus, nec scribendus.

Quæ, nõ ego, sed tutela moderatione affecta, vrget, vt Plinij locum pro tertio aggrediatur, maturetq; lété, forsità Plinio impositas delebit lituras, obscuriorè enim, & difficiliorè (clarissimum á se vocatum) reliquit, cum enim nõ Angeli, sed homines simus, quorum cõceptus verbis, nominibusq; explicâtur, Licet. vero morbum innominatum, incognitumq; adducat, & quintã quãdã essetiã morbi effingat, est impossibile illum, multoq; minus Plinianã illius interpretationè assequi, sciatq; tãdè quod quæadmodum apud Logicos Philosophosq; (cum definitiones rei illustrandæ causa dêtur) stultus sit is, qui rē obscurã, obscura, aut tenebricosa definitione insignit, & est irridendus sic pariter, qui obscuri, & difficilis morbi expositionem incognito, atque magis obscuro explenare vult, quod

In art. poet.

Non Dij, non homines, non concessere columnæ.

Quas omnes ob res audiat, oportet illud Martialis de alio aduocato, extra chorum saltante, scopumque propositû nõ attingente sic,

Tu cannas, Mitridaticum bellum,
Et periuria Punici furoris,
Et Syllas, Mariosque, Mutiosque.
Magna voce sonas, manuque tota.
Iam dic quis morbus, par sapientiam mori.

L. D. Opt. Max. Semperque Virgini Mariæ, eius genitrici, nostri vero refugio, & patronis Diuo Hieronymo, & D. Bernardo, & omnibus Sanctis, & bonam valetudinem, æternamque vitam lectori, Licentiatoque & melius sapere exopto illum.

